Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

VIII. 10
1771, 5.

DISPVTATIO IVRIDICA AVSPICALIS IVRIS PVBLICI

DE

# IVRE CONSOCIATIONVM ORDINVM S. R. I. GENERATIM ET COMITVM SPECIATIM

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

*SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE ET DOMINO*

DOMINO FRIDERICO II

HASSIARVM LANDGRAVIO RELIQVA

PRAESIDE

IOANNE ANDREA HOFMANNO

DOCTORE ATQVE ANTECESSORE IVR. ORDINARIO

PRO

LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA CONSEQVENDI

SVBMITTIT

DIE IIII MENSIS IVLII A. R. S. CIƆIƆCCLXXI

IO. PAVLLVS WISCKER

MARBVRGO HASSVS.

MARBVRGI CATTORVM

EX OFFICINA TYPOGR. VNIVERS. ACAD. MÜLLERIANA.

1771
(XVIII D)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

*SERENISSIMO ET POTENTISSIMO*

PRINCIPI

# FRIDERICO II

HASSIAE LANDGRAVIO

PRINCIPI HERSFELDIAE COMITI CATTIME-
LIBOCI DECIAE ZIGENHAINAE NIDDAE
SCHAVMBVRGI ET HANNOVIAE

PRINCIPI PIO FELICI IVSTO AEQVO

PATRI PATRIAE INDVLGENTISSIMO
ET CLEMENTISSIMO

*QVEM*

EXTERI ET CIVES PROPITIVM ET MVNIFI-
CENTISSIMVM AVGVSTVM

VENERANTVR ET MIRANTVR

VITAM FELICITATEMQVE PERPETVAM
AC PROSPERRIMAM

EX INTIMO CORDIS AFFECTV

DEMISISSIMA ANIMI SVBIECTIONE

PRECATVR

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

SIMVLQVE

HVNC LIBELLVM ACADEMICVM

AVSPICALEM

DEVOTISSIMAE PIETATIS ATQVE OBSERVANTIAE

SEMPITERNAE

# MONIMENTVM

EA QVA DECET

VENERATIONE HVMILLIMA

## DAT DICAT CONSECRAT

*Cultor reuerendiſſimus et demiſſiſſimus*

IOANNES PAVLLVS WISCKER.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

## CAP. I
## DE
# ORDINIBVS S. R. IMPERII EORVMQVE FOEDERIBVS GENERATIM DESCRIPTIS.

## § I
### QVOTVPLICI MODO ORDINES IMPERII GERMANICI CONSIDERANDI SVNT?

Imperium romano - germanicum non inepte corpore comparatur, quod videlicet ex capite, et membris conſtat. Illud repraeſentat auguſtiſſimus Imperator a); haec ordines imperii conſtituunt b); quamuis nos non fugiat: membra imperii ab ordinibus alio reſpectu ſpeciali ſecerni. At

a) Hoc patet ex legibus imperii, vid. aurea bulla cap. II, §4, capitulatio caeſarea art. II, R. I. 1512, prooem., 1530, §68, 1545 §8; add. deliberation, und vergleichung zwiſchen haubt und gliedern auf einer allgemeinen Reichsverſammlung cet.

b) R. I. Auguſt. a. 1541 promulgatus, pr. commate: unſer eingeleibte glieder, R. I. Spi-

 renſis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

At vero, quod ad ordines Imperii ſpectat, ſub variis qualitatibus contemplandi ſunt c). Reſpiciuntur enim illi ſecundum I) religionem, vnde varia iura, et coniunctiones oriuntur; ſunt nota corpora tum euangelicorum, cum romano-catholicorum, quae ſuos conuentus, ſeu comitia celebrant, neque ignorantur conſociationes temporibus purgatae religionis chriſtianae, bellique tricennalis, quae vniones et ligae nominatae fuere; II) ſtatum, III) officia et dignitatum gradus, et absque eis, quorum cauſſa aut electores, duces, principes, comites, dynaſtae, aut ciuitates imperii ſunt, hique iterum ſiue ſingulatim, ſiue in corpore, ſiue in conſociationibus, ſeu in ditionibus, alibique ſeſe exhibent; IIII) collegia in comitiis Imperii recepta, quae electores, principes, comites, dynaſtae et ciuitates Imperii conſtituunt; V) modum ſuffragandi, cum alii vota virilia, alii curiata ferunt; VI) nexum clientelarem, quo vaſalli Imperii, aliorumque exiſtunt; VII) pagos, ſeu

renſis 1541, § 16, 1542 § und wiewohl cet. 1546 § dieweil aber cet. Corpora et collegia variant, et differunt, conf. IO. HENR. SOMMERI ſub praeſidio viri perilluſtris GE. HENR. AYRERI diſp. auſp. habita, cui titulus eſt: vindiciae libertatis corp. nobil. S. R. I. immed. aduerſus ſuperioritatis territ. extenſionem, Goett. 1754, 4, cap. I, § 3 ſeq. p. 10 ſeqq.

c) Confer. commentatio repertorio BVRGH. GOTTH. STRVVII iuriſprudentiae heroicae vol. VI a domino Praeſide adiecta: de diuerſa relatione principum imperii, vbi hoc thema prolixe pertractatum exhibetur; illi adiungi poteſt, ſi placet, EIVSDEM noua praefatio, quae ſecundae editioni *collectionis ſelectorum opuſculorum* de vnionibus electorum S. R. I. addita et variis acceſſionibus, praecipue ſingulari diſquiſitione iuris publici de rege Romanorum et iuribus electorum S. R. I. circa illius electionem, auctae et locupletatae, anno gratiae coeleſtis diuinitus reſtitutae CIↃIↃCCLII peruulgatae.

ſeu vulgo circulos; VIII) regiones et terras, quibus imperant; VIIII) iura, quae ſunt tum publica, feudalia, priuata, tum naturalia, gentium et reliqua.

## § II

### ORDINES IMPERII FOEDERA SANCIRE POSSVNT.

Ordines Imperii variis modis, praecipue vero tum in vniuerſo, cum particulari complexu, et in conſociationibus, et ſigillatim, contemplandi ſunt (§ I). De iſto, atque hoc nexu nobis non eſt animus prolixe diſſerendi, verum arctiſſimas eorum coniunctiones, conſociationes, ſeu barbare loquendo, vniones, inprimis tractaturi ſumus, quibus nimirum ſeſe ad iura ſua, aliaque tutanda, aut in perpetuum, aut ad tempus obſtrinxere. Ordines vero Imperii non ſolum communis ſalutis, atque vtilitatis cauſſa, abſque Imperatoris auctoritate, et cum aliis ſuperioris, et cum eis, qui eiuſdem ordinis, ſeu collegii, atque ipſi ſunt, et cum inferioris ordinis hominibus, itemque cum Imperatore ipſo, et cum aliis Imperii membris d), quin



d) Huc referendi ſunt nobiles Imperio germanico ſine medio obnoxii, quibus ius foederum antiquis temporibus tribuitur. Exempla ſuppeditant pax profana Norimbergae anno CIↃCCCLXXXIII promulgata, apud WENCKER. in apparatu archiv. p. 233 ſeqq p. 242 ſeqq., foedus ſueuicum, rhenanum, heilbrunnenſe, aliaeque conſociationes, vid. IO. STEPH. BVRGERMEISTERI codex diplom. eq. vol. I, p. 1 ſeqq. vol. II, p. 1374 ſeqq. aliaque eiuſdem ſcripta, quae ſecundum indices ſub voce *verainigung*, AINVNG conferenda ſunt, STRVVIVS in corpore iur. publ. cap. XXXII, § X, Ienae 1738, 4, conſociationum equeſtrium hiſtoriam praecipue illuſtrat: die vorlegung der anwachſenden Reichsritterſchaftlichen irrungen cet. Stuttg. 1749 fol. P. III, BE-

SOLD

quin imo contra imperatorum iniuſtos impetus et cum exteris foedera icere, ſed et conuenta publica et pactiones inter ſe conficere poſſe; dummodo ne in detrimentum imperii tendant, non niſi truncus neſcit e). Inter alia foedera ordinum Imperii cum imperatoribus icta, v. c. laxenburgenſe anno cIↄIↄCLXXXIII, auguſtanum anno cIↄIↄCLXXXVI facta, aliaque celebrantur g), quibus adhuc ius ſuſtinendae ſanctionis pragmaticae ab auguſtiſſimo

SOLD de foeder. c. 3, n. 8. Num vero hoc ius eiſdem hodie in eadem qualitate, atque ordinibus Imperii, adſcribendum ſit, alia quaeſtio eſt? HYP. a TREISBACH quidem im unvorgreiflichen bedenken über etliche fragen der freien Reichsritterſchaft cet. qu. 2, num. 159 hoc aſſerit, quod tamen vir poſt fata quoque celebratiſſimus atque illuſtris IO. ADAM KOPP in egregio libro de inſigni differentia comitum cet. ſect. II, § 14, p. 252, Argent. 1728, 4, negat. Leges quidem Imperii ſilent de hac materia, et ius foederum ordinibus tantum attribuunt; nihilominus experientia docemur: ius conſociationum, quatenus ordo equeſtris Imperii in corpore conſideratur, ei adſcribi, STRVVIVS l. d. p. 1237. 1238.

e) Hoc multa exempla probant, v. c. Georgii Guilielmi ſeptemuiri Brandenburg. foedus cum Belgis foederatis anno 1632 ictum, DV MONT in corps dipl. T. VI, P. I, p. 33; anno 1672 multae pactiones inter imperatorem Leopoldum atque ordines Imperii et cum aliis factae occurrunt, quas aliae ſequentibus temporibus vſque ad noſtra tempora ſecutae ſunt, IO. IAC. MASCOV de iure foederum in S. R. I. Lipſ. 1726, IO. GVIL. *de* GOEBEL de pactis, foederibus et ſpons. Helmſt. 1743, cap. II.

f) Pax oſnabrug. art. VIII, § gaudeant, capitulatio caeſarea art. VI, § 4. Exempla ſunt in promtu.

g) LONDORP in actis publicis T. XII, p. 522, p. 533.

h) Plura de negotiis, quibus ab aliis ſecuritas, atque euictio, ſeu, vti barbari loquuntur, garantia promittitur, exhibet ANT. FABER in europ. ſtaatskanzellei, P. XXXVIII, p. 504 ſeq. P. XLVIIII, p. 573 ſeq.

ſtiſſimo Imperatore Carolo VI gl. m. conſtitutae, atque ordinibus Imperii tributum accenſeri meretur h).

## § III

### FOEDERA DESCRIBVNTVR.

Foedera nobis ſunt pactiones publicae, ab illis, qui iure ea poteſtate gaudent, aeque ad communem ſalutem, atque ad aliorum incolumitatem, vtilitatemque conflatae, Germanis bunde, bündniſſe, einungen i), Gallis alliances dictae.



§ IIII

ſeq., ROVSSET recueil vol. VI, p. 563. Hiſtoriam ſanctionis pragmaticae, quae lex principalis auguſtiſſimae domus auſtriacae eſt, D. H. *de* FINSTERWALD im erläuterten Germania principe, im capitel von Oeſterreich p. 871, 889, 915, 920 ſeq. late expoſuit, IO. GVIL. *de* GOEBEL de obſeruantia gentium et Imperii cet. Helmſt. 1733.

i) *Einungen* varia ſignificatione ſumuntur. Comprehendunt enim modo ſtatuta pactitiae qualitatis, communitatum, tributa, aliaque onera ciuilia vnanimi conſenſu decreta; itemque mulctas exceſſuum ex conuentis ſoluendas, modo conſociationes pro tuenda ſecuritate et pace publica, aliasque ob cauſſas factas, CHRISTIANVS GOTTLOB HALTAVS in gloſſario germ. medii aeui, Lipſ. 1758, fol. col. 305-307. Cognitae quoque pactiones ſunt erbeinungen, erbvereinigungen nuncupatae, quae regulari modo a pactis ſucceſſoriis differunt; quandoque tamen eadem includunt, vid. erbeinigung Graf Wilhelms Ludewigs, Graf Iohannſen, Graf Georgen, Graf Ernſt Caſimirs, und Graf Iohann Ludewigs, allerſeits gebrüdern zu Naſſau-Catzenelnbogen d. 8 april. a. 1607, apud LÜNIG. im R. arch. P. ſpec. cont. II fortſ. III, ſupplem. vlt. p. 13, vir celeb. HENR. GOTTLIEB FRANKE de nexu foederum perpetuae vnionis inter aug. domum auſtriac. Poloniaeque regnum, Lipſ. 1748, CHRISTIAN. GOTTLOB REINHARDT de nexu inter Poloniam Saxoniamque, Halae Magd. 1747.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

## § IIII
### EORVM DIVISIONES.

Species foederum pro diuerſo, quem intendunt, habitu, illi, qui ea ferire pollent, variae ſunt, tum contemplatione contrahentium, qui ſumma poteſtate, aut legitima facultate ea faciendi praediti eſſe debent, tum conuentorum; quo facto, generalia, et ſpecialia, aequalia, atque inaequalia, perſonalia, et realia eſſe poſſunt. Quoad obiectum foedera amicitiae, patrocinii, obſeruantiae, officii, immunitatis, ſucceſſionis, atque obligationis ſingularis cauſſam habere queunt. Secundum ſtabilitatem foedera in temporaria, et perpetua diſpeſcuntur. Finis gratia autem foedera aut belli, aut pacis, interque haec praecipuum locum habent: quae commerciorum k) ergo fiunt, ac priora iterum in offenſiua, et defenſiua ſimul, ſiue offenſiua, ſiue defenſiua tantum exiſtunt. Ceteras diuiſiones ſilentio praetermittimus, quum eae ſat ſolide, eximioque eruditionis adparatu ab aliis eruditis ſint explicatae, ne crambem, vti dicunt, bis coctam denuo adponamus l).

## § V
### CONSORTIONES ORDINVM IMPERII VARIANT ATQVE EXPLICANTVR.

Conſociationes ordinum Imperii non vnius, ſed varii generis eſſe poſſunt (§ IIII), illaeque non ſolum cum aliis

k) IO. IAC. MASCOV de foederibus commercior. Lipſ. 1735, et 1751, § VI ſeq. IOACH. HAGEMEIER de foedere hanſeat. ciuitatum, Frf. 1662, 4.

l) MASCOV de iure foederum in S. R. I. § 3 ſeqq., DE GOEBEL de pactis, foeder. cap. II § 2 ſeqq., VLR. OBRECHT de imperii germ. eiuſque ſtatuum foederibus, Argent. 1676, 4, et in *eiusd.* academ. p. 321 ſeq.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

aliis ſuperioris, ſed et cum eis, qui eiuſdem ordinis, et collegii, atque ipſi ſunt, aliiſque fieri, et diuerſis nominibus inſigniri queunt (§ II). Sunt igitur *correſpondentiae* m), tum circuli, tum principes correſpondentes, exiſtunt quoque *aſſociationes* n), vt et *vniones*. Ad conſortiones ab aequalibus imperii ordinibus factas referri poſſunt: I) fraternitates electorum, die Kurfürſten vereine, II) coitiones principum, III) comitum, IIII) ciuitatum Imperii o). Membra harum coniunctionum contemplatione collegii, quocum ſociata ſunt: einigungs-correſpondenz-verwandte, ſtaende, zuverwandte, mitbancksverwandte,

m) Viri perilluſtris atque inclytiſſimi IO. IAC. MOSERI tr. von den Reichsſtaenden, der Reichsritterſchaft cet. 1767, 4, lib. II, cap. II, § 186, p. 707 ſeq. et viri illuſtris GOTHOFR. DAN. HOFFMANNI egregiae *vindiciae capitulationum nouiſſ. circa vniones et conuentus electorum*, Tub. 1753; § XII, p. 41. De comitiis correſpondentium principum atque ordinum Imperii Norimbergae anno CIƆIƆCXVIIII habitis conf. B. G. STRVVIVS in corpore hiſtor. germ. Ienae CIƆIƆCCLIII, 4, p. 2064. Principes correſpondentes contra nonum electoratum exhibet et nominat FABER in europ. ſtaatskanzellei, P. IIII, cap. 6 et 15, P. VI, cap. 4, THVCELIVS in actis publ. T. I cap. 7.

n) De aſſociationibus lectu digna atque inſignis commentatio eſt IO. ADAMI KOPPII von der aſſociation der vorderen Reichskreiſe, Frf. 1739, 4, HOFFMANN d. l. p. 41.

o) De ciuitatibus Imperii legi merentur PHIL. KNIPSCHILD de ciuitat. imperialium iuribus ac priuilegiis, Argent. 1740 fol. IO. PETR. *a* LVDEWIG de diſpari nexu ciuitat. cum S. R. I. Halae 1710, GABR. SCHWEDER de pari nexu ciuitat. imp. cum S. R. I. 1714, V. C. IACOBI FELSII diſp. auſp. praeſide viro ill. BROCKES de confoederationibus lib. S. R. I. ciuitatum, Ienae 1752 habita, aliique multi in *bibliotheca* iurid. LIPPEN. Lipſ. 1757, fol. T. I, p. 215 ſeqq. memorati.

te, mitglieder cet. appellari ſolent p). Sin ergo ordines imperii vnius, eiuſdemque collegii ac gradus ineunt conſociationes, eae conſiderantur tanquam pactiones, de coniungendis auxiliis, opibus et conſiliis ad conſeruanda Imperii, praecipue vero propria, tum collegii, quum ſingulorum iura, legibus atque obſeruantia Imperii adprobata. In his ineundis aut omnia, aut plurima, aut quaedam tantum illius collegii membra, et quidem modo in quibusuis, modo in certis ſolum occaſionibus ſeſe obſtringunt; quam ob rem in communes et ſingulares, illaeque demum in generales et ſpeciales diuidi ſolent.

## § VI

### DE CONSOCIATIONIBVS ELECTORVM.

Conſortiones ordinum Imperii vnius collegii diuerſimode diuidi poſſunt (§ V). Sin igitur ad vulgo dictas vniones electorum reſpicimus, ad eas diuiſio eadem adplicanda erit. Nam illae modo inter omnes, modo a plurimis, modo a nonnullis ſeptemuiris tantum ſancitae, aut ab eiſdem renouatae fuere q). Ad communes eorum con-

p) AHASV. FRITSCHII opuſc. de diaetis comitum Imperii, Ienae 1690, 4, cap. V, PHIL. FRID. *de* BERKHEIM de comitiis nobilium, Arg. 1708, 4, PH. REINH. GEYL. AB ALTHEIM diſp. de conuentibus deputat. nobilit. ausſchuſstaegen, *ibid.* 1714, 4, et Halae recuſa 1737.

q) Harum coniunctionum origines, cauſſas, hiſtoriam, formulaſque, vt et recenſionem comitiorum electoralium prolixe exhibet domini PRAESIDIS *collectio ſelectorum opuſculorum de vnionibus electorum*, Ienae CIƆIƆCCXXXXVI et multis acceſſionibus auctior ibidem anno CIƆIƆCCLII, 4, publici iuris facta; addantur viri perilluſtris IO. IACOBI MOSERI teutſches ſtaatsrecht P. XXXIII, p. 295 ſeqq. EIVSDEMQVE

coniunctiones referri poſſunt: I) *Renſenſis*, quae anno cIↄcccxxxvIII ab electoribus Henrico moguntino, Balduino treuirenſi, Walramo colonienſi, Rudolpho, Ruperto, fratribus, Stephano, Ruperto iun. comitibus palatinis, Rudolpho ſaxonico, et Ludouico brandenburgico, excepto bohemo, pontifici romano addicto, Renſae, ad ſuſtinenda iura contra papam Ioannem XXII tum Imperatoris, tum Imperii, confecta eſt r), II) *Moguntina* anno cIↄcccLxxxxvIIII ab electoribus Ioanne moguntino, Wernero treuirenſi, Friderico colonienſi, Ruperto palatino, Rudolpho ſaxonico, abſtinente brandenburgici electoratus poſſeſſore Iodoco, marchione Morauiae, ob conſanguinitatem proximam, qua coniunctus fuit Imperatori Wenceslao, contra quem praecipue ea fraternitas inita fuit s); III) *Bingenſis* anno cIↄccccxxIIII ab electoribus Conrado moguntino, Ottone treuirenſi, Dieterico colonienſi, Ludouico palatino, Friderico ſaxonico et Friderico brandenburgico, excepto Bohemorum rege Sigiſmundo, occaſione belli, diſſidiorumque huſſiticorum in Bohemia, aliiſque locis, conſtituta

eſt

DEMQVE zuſätze des teutſchen ſtaatsrechtes, lib. I, cap. XIII, p. 107 ſeq. vt et tr. von Teutſchland und deſſen ſtaatsverfaſſung, Stuttg. 1766, 4, cap. XVI p. 340 ſeqq., item die beilagen zum kroenungsdiario kaiſer Franzens I, vbi collectio omnium fere vnionum electoralium, aliaque inſignia documenta huc ſpectantia ab anno 1558 vſque ad finem ſaeculi XVII proſtant, add. vir ill. IO. MICH. DAHM de vnione elect., Mogunt. 1754, 4, cap. I, p. 8 ſeqq.

r) vid. dni praeſidis memorata *collectio ſel. opuſc.* in praefatione ſecundae editioni adiecta p. VI, et in opuſc. p. 156, p. 157, vbi quoque variae delineationes conſociationum electoralium notatae fuerunt.

s) *ibid.* § 191 ſeqq.

eſt t); *Francofurtana* anno cIↄccccxxxviii a Dieterico moguntino, Rabano treuirenſi, Dieterico colonienſi, Ottone palatino, Friderico ſaxonico, Friderico brandenburgenſi facta. Diſſidia, et diſcordiae inter papam Eugenium IIII, et concilium baſileenſe, et quae ſunt reliqua, anſam ei dederunt; ergo praecipue ea ad id ſancita eſt, vt ſchiſmata eccleſiae, aliaeque diſſenſiones aboleantur, ac ſopiantur u). V) *Francofurtana* anno cIↄccccxlvi conflata ab electoribus Dieterico moguntino, Iacobo treuirenſi, Dieterico colonienſi, Ludouico palatino, Friderico ſaxonico, Friderico brandenburgenſi, comprehendens itidem media tollendi diſſenſiones eccleſiaſticas, ſeu ſchiſmata, vt et defendendi, reſtituendi, et conſeruandi electores Iacobum treuirenſem, et Dietericum colonienſem, quibus pontifex romanus ob tranſgreſſos neutrarum partium fines ab Imperio papae promiſſarum officio abrogauerat x). Haec conſociatio multas ob cauſſas memoratu digna habenda eſt, et varia ſingularia continet. VI) *Gelnhuſana* anno cIↄIↄii compilata y). Haec maximam partem conſtat ex antecedente francofurtana conſortione anno cIↄccccxlvi icta, defunctis videlicet ſeptemuiris, excepto palatino, qui pactiones eas ſubſcripſerant; quaedam tamen noua eidem adiecta fuerunt, v. c. de bello turcico, et quae ſunt reliqua. Ad illud bellum Imperator Maximilianus I a ſeptemuiris auxilium quoddam popoſcerat, quod tamen illi abſque Imperii conſenſu concedere, eoque ordinibus Imperii, eorumque iuribus aliquid detrahere noluerunt. Haſce ob cauſſas electores Bertholdus moguntinus, Ioannes treuirenſis, Hermannus colonienſis, Philippus palatinus, Fridericus

t) *ibid.* p. 194 ſeqq.
u) *ibid.* p. 203 ſeqq.
x) *ibid.* p. 205 ſeqq.
y) *ibid.* p. 214 ſeqq.

dericus ſaxonicus, et Ioachimus brandenburgicus Gelnhuſae conuenerunt, ſeque obſtrinxerunt, nunquam absque Imperii conſenſu ad ſententiam et voluntatem Imperatoris deſcendendi. VII) *Wormatienſis* anno cIↄIↄXXI conſummata eſt z), Alberto moguntino, Richardo treuirenſi, Hermanno colonienſi, Ludouico palatino, Friderico ſaxonico, Ioachimo brandenburgico, electoribus praeſentibus, excepto rege Bohemiae. Ea renouatae ſunt anteriores conſociationes annis cIↄCCCCXLVI et cIↄIↄII conflatae. Ea ad id tendit, vt iura Imperii, atque electorum, quin imo praerogatiuae ad eos ſpectantes conſeruentur, vt et periculum, quod ob praegrandem Imperatoris Caroli V potentatum patriae et ſacris imminebat, declinetur; lex autem regia ab hoc caeſare iureiurando aſſerta ſuſtineatur. VIII) *Francofurtana* a), quae anno cIↄIↄLVIII in medium prolata eſt ab electoribus: Daniele moguntino, Ioanne treuirenſi, Antonio colonienſi, Ottone Henrico palatino, Auguſto ſaxonico, et Ioachimo brandenburgico, cum Carolus V imperio ſe abdicauit. Conſtituit ea circa multas cauſſas, v. c. circa conuentus, et tempus, quoties illi in poſterum celebrandi, circa conuocationem ſeptemuirorum archipraeſuli moguntino adſcriptam, aliaque, nec dubitandum eſt, quin

B 2 haec

z) *ibid.* p. 222 ſeqq.

a) *ibidem* in praefatione ſecundae editioni anno cIↄIↄCCLII peruulgatae p XIIII-XXVIII adiectam, conf. allerneueſte nachrichten von juriſtiſchen büchern cet., Ienae 1753, 8, vol. VIIII, p. 424 ſeq. Ignoſcimus igitur aequo animo eis, qui nouam eam editionem non perluſtrarunt, nec conſociationem anno 1558 compoſitam in eadem animaduerterunt. Interea vir illuſtris IO. MICH. DAHM in diſp. de *vnione electorali*, Mogunt. 1754, eandem illuſtrauit cap. II, p. 50 ſeqq. Add. laudatum *diarium coronationis Franciſci I*, in adpend. p. 30 ſeqq.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

haec pactio valuerit, atque adhuc hodie obſeruanda ſit. Renouatio illius fraternitatis die VIII menſis Nouembris anno cIↄIↄCCXLI ab archipraeſule moguntino in comitiis electoralibus Francofurti ad Moenum habitis propoſita fuit, et vota in eiſdem anno cIↄIↄCCXL et XLI ad conſociationes reiterandas lata ſunt b). Anno cIↄIↄCCXLV die XII menſis Octobris, archipraeſul moguntinus Ioannes Fridericus Carolus proprio nomine eandem pactionem iureiurando ſuo confirmauit; deinde die XIIII menſis Octobris Imperatrix auguſtiſſima Maria Thereſia tanquam regina Bohemiae, et die XVI menſis Octobris elector ſaxonicus per legatum primi ordinis comitem de Schoenberg, quin imo nouemuir Brunſuico-luneburgicus eodem die per legatum primarium de Münchhauſen eandem ob cauſſam ſacramento obligati fuerunt c). Ex hiſce animaduertimus: cum in memoratorum electorum receptione foedus anno cIcIↄLVIII confectum fundamentum fuit, illud adhuc hodie normam nouemuiris conſtituere, ad quam tum quilibet, quum totum illorum collegium ſe conformare tenetur, inprimis, dum inter omnes conſtat: cunctos electores eam vnionem anno cIↄIↄCCLXIIII iureiurando firmaſſe d). Sufficiant haec pauca de conſortionibus electorum communibus; extant autem et aliae, quae

b) Viri perilluſtris IO. IAC. MOSERI zuſaeze des teutſchen ſtaatsrechtes, p. 115 ſeqq. et in com. ad capitulationem Caroli VII, p. 55, p. 113 ſeqq.

c) Diarium coronationis Imperatoris Franciſci I, in adp. p. 45-54.

d) ANT. FABRI neue europ. ſtaatskanzellei, 1765, 8, P. XIII, cap. III, p. 55 ſeqq., add. das dritte quartal ſtück des Reichstags diarii über die monate Iulius, Auguſt, und Sept. des 1764ten jahres, (*Oertels*) ſichere nachricht von der im jahre 1764 erfolgeten erneuerung der kurvereine cet.

quae particulares nuncupantur. Nam anno cIↄcccxc die inuentionis ſt. crucis inter Wernerum treuirenſem, Fridericum colonienſem, et Rupertum palatinum, electores, inter alia contra ſocietates peregrinorum, potiſſimum Italorum, *Bopardiae* factum eſt foedus, quo iura Imperii ſalua ſeruare ſpoponderunt. Deinde anno cIↄIↄxviiii *Veſaliae* ab electoribus Alberto moguntino, Richardo treuirenſi, Hermanno colonienſi, et Ludouico palatino, de Franciſco I rege Gallorum metuentibus, poſt obitum Imperatoris Maximiliani I, durante interregno, ad celebrandam et feſtinandam noui Imperatoris electionem, et mutuo auxilio ſibi ſuccurrendum facta eſt pactio, quae nomine *vnionis rhenenſis* inſignitur, quae poſtea ſaepius confirmata fuit, quin imo ea aeque, ac generales vniones per legem regiam e) corroboratae ſunt.

## § VII

### DE ALIIS FOEDERIBVS DISSERITVR.

Ab hiſce coniunctionibus electorum inter ſe ſancitis bene ſunt ſecernendae illae, quas illi cum aliis principibus, atque ordinibus Imperii, quin imo circuli f) inter ſe inierunt, quibus refertiſſimae ſunt collectiones actorum publicorum, quarum mentio iam ſupra (§ II) facta eſt.



e) art. III, § 6, § 13, conf. viri illuſtris GOTH. DAN. HOFMANNI laudatae *vindiciae capitulat. nouiſſ. circa vniones et conuentus elect.* § III ſeqq. p. 7 ſeqq.

f) PET. MÜLLER de *conuentibus circul. in S. R. Imp.* Ienae 1670, ARN. CHRIST. ENGELBRECHT de *conuent. circul. I. R. G.* Helmſt. 1696, IO. GVIL. *de* GOEBEL de *conuent. circul. ib.* 1723, KOPP l. d. De illa lege, quae kur- und oberrheiniſche gemeinſame poenal ſanction wider das ſchädliche diebs- raub- und zigeuner-cet. geſindel dicitur, et die 4 menſis Sept. 1748, renouata, hic ſilemus.

eſt. Hiſce quaedam adhuc foedera adiungere liceat. Anno cIↄIↄcxxxiiii in conuentu francofurtenſi ordines euangelici circuli rhenenſis, ſaxonici, tum ſuperioris, cum inferioris, franconici, et ſueuici cum regina Sueciae foedus icerunt: ad Dei gloriam, rempublicam germanicam, leges publicas, firmamentum eiuſdem continentes, praerogatiuas, iura eximia, et priuilegia, tum foederatorum, tum nobilitatis, et ciuium conſeruanda g). Deinde cognitum eſt foedus Rheni principum h), *rheiniſche Fürſten allianz* dictum, die 4 menſis Auguſti anno cIↄIↄclviii Francofurti ad Moenum confectum, cum ordines metuerent: ne Imperator Hiſpanis auxilia contra Gallos ſubmitteret, ipſique nouo bello Imperii implicarentur. Quam ob rem moguntinus, treuirenſis, colonienſis archiepiſcopi, Chriſtophorus Bernhardus epiſcopus monaſterienſis, Philippus Guilielmus palatino-neoburgenſis, rex Sueciae, vt dux bremenſis, Auguſtus Chriſtianus Ludouicus et Georgius Guilielmus duces Brunſuico-luneburgenſes, Guilielmus Haſſiae landgrauius, de pace conſeruanda, et ſibi mutuo aſſiſtendo pacti ſunt. Anno cIↄIↄclxxi varii electores cum diuerſis ducibus, et prin-

g) LONDORP l. d. P. IIII lib. II, cap. 76, p. 442, DV MONT T. VI, P. I, p. 75. Huic conſociationi rex Galliae Ludouicus XIII acceſſit eodem anno, et menſe Septembris, DV MONT l. m. p. 78.

h) LONDORP P. VIII, p. 417, DV MONT T. VI, P. II, p. 235. Ad hoc foedus rex Galliae die XV menſis Auguſti voluntatem ſuam aggregauit, LONDORP c. l. p. 422, DU MONT m. l. p. 239, et p. 253. Aliud foedus ad circulum weſtphalicum defendendum ictum eſt anno cIↄIↄclxxi inter electores brandenburgicum, et palatinum cum epiſcopo monaſterienſi DV MONT T. VII, P. I, p. 145, atque anno cIↄIↄcci, LÜNIGII R. archiu, P. ſpec. cont. I, abſ. II, p. 379.

et principibus Imperii conſociationem inierunt, quae *Kur- et Fürſten verein* dicta eſt, praecipue ad conſeruanda iura tributorum, armorum, foederum, aliaque, regalia nuncupata i), ſpeciatim aduerſus nobilitatem Imperio ſine medio obnoxiam. Die XI menſis Februarii anno cIↃIↃCCXIII nonnulli electores, vt treuirenſis, palatinus, cum praeſule bambergenſi, duce wirtenbergico, marchionibus brandenburgenſibus in Franconia, aliisque, foedus, quod *receſſus vnionis* dictum fuit, contra nobiles Imperii fecerunt, quod tamen ab Imperatore Carolo VI anno cIↃIↃCCXVIIII irritum, et nullum habitum fuit k).

## § VIII

### DE CONSOCIATIONIBVS PRINCIPVM IMPERII.

Principes Imperii foedera ferire queunt (§ V). Coniunctiones quidem communes eorum inter ſe factae adhuc ignotae ſunt l); particularium vero, quae nimirum inter duces, atque antiquos principes Imperii ſaeculares, alioſque, vt et ſaepenumero cum eccleſiaſticis initae

i) vid. vorlegung der Reichsritterſchaftlichen irrungen, und daher entſtehenden nohtdurft eines endlichen hinlaenglichen, gerecht- und billigmaesſigen Reichsregulatives, Frf. und Leipz. 1750 fol. p. 52 ſeqq., p. 63 ſeqq. Aliud foedus inter circulos franconicum et ſueuicum anno 1691 aduerſus ordinem equeſtrem Imperii factum, *ibidem* p. 68 ſeq. memoratur; add. BVRGERMEISTERI *cod. diplom. equeſtr.* P. IIII, p. 1166 ſeqq.

k) conf. BVRGERMEISTERI *manuale equeſtr.* EIVSDEMQVE *codex diplomat. equeſtr.* P. IIII, p. 1034 ſeqq.

l) Cauſſas, quae obſtare videntur, ſuppeditat vir perilluſtris IO. IAC. MOSER in comm. von den teutſchen Reichsſtaenden, der Reichsritterſchaft cet. 1767, 4, libr. II, cap. II, § 184 p. 696.

tae fuerunt, nonnullas exhibent annales, ac ſcriptores m). Antiquiores, ſi quae ſunt, ſilentio praetermittimus, atque ad eam conſociationem in primis reſpicimus, quae anno cIↄIↄCLXII Francofurti ad Moenum conflata eſt inter Philippum Guilielmum palatino-neoburgicum, Auguſtum, Chriſtianum Ludouicum, et Georgium Guilielmum, brunſuicenſes, Eberhardum wirtenbergicum, duces, Guilielmum Haſſiae landgrauium, ad conſeruanda iura belli, pacis, foederum, ferendarum legum, proſcriptionis ordinum Imperii decernendae, et reliqua, nec non ad ſtabiliendas, ac retinendas praerogatiuas per pacem weſtphalicam eiſdem confirmatas; attamen per pactio-

m) vid. magni illius, et venerandi viri MOSERI teutſches ſtaatsrecht P. XXXVI, p. 149 ſeqq. atque in comm. von den teutſchen Reichsſtaenden, der Reichsritterſchaft cet. 1767, 4, lib. II, cap. II, § 184, § 185, p. 696 ſeqq., domini praeſidis allegata praefatio ſecundae editioni *collect. ſel. opuſc. de vnionibus electorum* adiuncta, p. XXXIII, XXIIII, viri illuſtris GOTHOFR. DAN. HOFMANNI laudatae *vindiciae* cet. § XII, p. 41. De conuentibus a principibus Imperii crebro celebratis hoc loco multa in medium proferre non lubet; liceat modo mentionem facere illius obnunciationis memoratu dignae, quam principes Imperii anno cIↄIↄCLVIII per legatos ſuos Francofurti ad Moenum congregatos reiterata vice interpoſuerunt, qua iura ſua ſarta, tectaque eſſe voluerunt, negantes, ſe Leopoldinam pactionem, et capitulationem, tanquam legem, firmamentum reipublicae germanicae prae ſe ferentem, habituros eſſe, quamdiu contra pacis weſtphalicae tenorem ageretur, conf. *theatrum europ.* vol. VIII, p. 491, LONDORP l. d. vol. VIII, p. 256 ſeqq. p. 383, LÜNIG im Reichsarchive P. gen. th. I, p. 809 et cont. I, fortſ. II, p. 207, MOSER von dem roemiſchen Kaiſer, roemiſchen Könige, und den Reichsvicarien cet. 1767, 4, cap. II, § 205, p. 244 ſeqq.

ctionem ab Imperatore Leopoldo I cum electoribus initam diminutas, atque obtritas n). Haec pactio deinde anno cIɔIɔCLXXXXII, et die (I) XI menſis Febr. anno cIɔIɔCLXXXXIII tempore introducendi noui electoris Brunſuico-Luneburgici, ortisque turbis belli gallici o), Ratisbonae ab epiſcopis monaſterienſi, bambergenſi, eichſtadienſi, ducibus Saxo-gothano, coburgenſi, atque altenburgenſi, marchione Brandenburgo-culmbacenſi, duce Brunſuico-guelpherbitano, landgrauiis Haſſiae, rege Daniae, vt duce Holſatiae, et marchione badenſi Ludouico Guilielmo non ſolum repetita, ſed et quibuſdam additamentis aucta fuit. Alia eiſdem ex cauſſis anno cIɔIɔCLXXXXV addita eſt Francofurti, cui dux wirtenbergenſis quoque acceſſit p), quae, vt et ratisbonenſis, die V menſis Febr. anno cIɔIɔCC Goslariae renouata fuit q), et Norimbergae eodem anno die XVIIII menſis Iulii confirmata r), vt et ſequenti anno cIɔIɔCCI Francofurti ad

n) LÜNIG l. m. P. ſpec. I th. p. 354, p. 388, FABRI europ. ſtaatskanzellei, P. IIII, cap. VI, et XV, P. VI, cap. IIII, THVCELII *acta publica* P. I, cap. 7, MOSERI teutſches ſtaatsrecht, vol. XXXVI, p. 149 ſeqq.

o) LÜNIG l. m. Part. ſpec. I th. p. 349, abth. II, p. 357, DV MONT T. VII, P. II, p. 323.

p) LÜNIG l. d. parte ſpec. I th. p. 361, DV MONT T. VII, P. II, p. 351, MOSER l. m. P. XXXIII, p. 85 ſeq. P. XXXIIII, p. 156, P. XXXVI, p. 154.

q) LÜNIG l. c. P. ſpec. I th. p. 366, MOSER P. XXXIII p. 108, p. 141, P. XXXVI p. 159, p. 175, et in tr. von Reichsſtaenden, der R. ritterſchaft cet. p. 704. Alius coniunctionis a principibus quibuſdam anno cIɔIɔCLXXXXVIIII delineatae mentionem facit MOSER P. XXXVI, p. 163 ſeq. des teutſchen ſtaatsrechtes.

r) LÜNIG P. ſpec. I th. p. 369,

ad Moenum amplificata s), eiuſque fundamentum ſimul ex pace nouiomagenſi et riſwicenſi deſumtum eſt. Aliud foedus anno cIↃIↃCCVIII Brunſuigae ictum memorat vir perilluſtris MOSER t), quod aliud anno cIↃIↃCCXXVII inter ducem Brunſuico guelpherbitanum, wirtenbergicumque initum ſecutum eſt, cui certo modo rex Sueciae, vt dux Pomeraniae, acceſſit u). Denique anno cIↃIↃCCXLI et cIↃIↃCCXLII in conuentu nonnullorum ſaecularium principum Offenbaci acto alia conſociatio eſt delineata, quam MOSER exhibet x), qui etiam memoriae et litteris prodidit ea, quae anno cIↃIↃCCXLV, et cIↃIↃCCLXIIII a principibus Imperii acta fuerunt y).

§ VIIII

369, FABRI europ. ſtaat-kanzellei P. IIII cap. VI, et P. VI, cap. IIII, MOSER l. d. p. 175, p. 179.

s) LÜNIG l. c. P. ſpec. I th. p. 376, FABER l. d. THVCELII act. publ. T. I, c. VII, MOSER von Reichsſtaenden, der Reichsritterſchaft cet. p. 706.

t) P. XXXVI, p. 207 des teutſchen ſtaatsrechtes, ad. de GOTH. DAN. HOFMANNI inſignem librum de *iure ſuffrag. princip. ſtatuumque ad capitulat. Imp.* in adp. num. VIIII, p. 58.

u) MOSER l. d. p. 187.

x) MOSER l. d. P. XXXIII, p. 213, P. XXXVI, p. 193 ſeqq., atque in tr. von den teutſchen Reichsſtaenden, der Reichsritterſchaft cet. lib. II, cap. II, § 184, p. 697 ſeqq., p. 706 ſeq. et in viri laude illuſtri celebratiſſimi *ab* OHLENSCHLAGER geſchichte des interregni nach abſterben kaiſer Carls VI, P. I, p. 425, P. II, p. 483, p. 492, P. IIII, p. 247 ſeqq.

y) in comm. ad capitulationem caeſaream Caroli VII, et Franciſci I, in adpend. I, in beitrag zum neueſten ſtaatsrechte, P. I. p. 369 ſeq. in tr. von dem roemiſchen kaiſer, roemiſchen koenige, den Reichsvicarien, 1767, 4, cap. II, § 209 ſeq. p. 248 ſeqq. atque in comm. von Teutſchland und deſſen ſtaatsverfaſſung überhaubt, Stuttg. 1766. 4, cap. XIIII, § 16, p. 313 ſeq.

## § VIIII
## DE FOEDERIBVS ET PACTIONIBVS COMITVM S. R. I.

Illuſtriſſimi comites R. S. I. non ſolum inter ſe, verum etiam cum exteris, aliiſque Imperii ordinibus foedera, ac ſocietates, pactiones ganerbinatus, et quae ſunt reliqua, ab antiquis iam temporibus pepegerunt z). At vero, quod communes eorum pactiones inter ſe conflatas attinet, quae videlicet a toto illorum corpore, atque ordine diuerſis plane temporum interuallis propoſitae, primiſque lineis deſignatae a), illae tamen nondum omnibus numeris abſolutae fuerunt b); ſiue deſit ſubſcriptio, ſiue



z) Aeuo Rudolphi habsburgici comites Sueuiae, aliique principes foedus inter ſe iunxerunt ad res tempore interregni occupatas defendendas, et retinendas. Vid. CRVSII *annales Sueu.* lib. III, P. III, cap. 1, et 2, TRITHEMII *chron. hirſaug.* ad ann. CIƆCCLXXV, GER. *a* ROO in *annal. rer. auſtriac.* p. 22 ſeqq., LÜNIG in *theſaur. iur. comit.* p. 731, p. 732, gründlicher bericht von der wahren beſchaffenheit des Iſenburgiſchen ſucceſſionsrechtes in der ganerbſchaft Staden, in der Wetterau, cet, Büdingen 1749 fol. p. 54 ſeqq. add. diſſ. *de auſtraegis ordinum S. R. I. aliorumque Imperii membrorum* cet. quam vir generoſ. et conſult. MELCH. EGEN. SAYLER *a* PFERSHEIM anno 1750, Ienae ſub moderamine domini praeſidis defendit, § III ſeqq. p. 8 ſeqq.

a) Conf LÜNIG in *theſaur. iur. comitum* p. 843 ſeqq., vbi verba ita ſe habent: ($\frac{12}{22}$ iun.) anno 1612 wurde allhier in Frankfurt bei dem kaiſerlichen wahl- und kroenungstage zwiſchen den wetterauiſch-ſchwaebiſch-fraenkiſch- und weſtphaeliſchen grafen wegen einer verein ſich unterredet cet.

b) Conſociationes a comitibus Imperii anno CIƆIƆCLIII delineatae, mentionem facit *de* MEIERN in *actis comitial.* T. I, p. 384, 840, MOSER im teutſchen ſtaatsrechte P. XXXVIII,

ſiue alia cauſſa legitima obſtet c). Interea illud perſpectum habemus, illam antea delineatam anno cIↄIↄccxxxvIII, et cIↄIↄccxxxxII in communi conuentu a quatuor collegiis comitum S. R. I. Francofurti ad Moenum celebrato reuiſam, atque Imperatori Carolo VII anno cIↄIↄccxxxxII ad confirmationem traditam fuiſſe. Verum illud firmamentum ſtabilitatis caeſareae eidem additum optatis comitum non penitus reſpondit cc), neque in ſollemni forma adhuc publici iuris facta eſt. Sin autem reſpicimus ad ſpecialia comitum S. R. I. foedera, multa eorum in promtu ſunt; quamuis iamiam parum ſolliciti ſimus de ea coitione, quae ad annum cIↄIↄcccLxxIIII refertur d), quo

XXXVIII, p. 484, § 37, p 509, § 41, p. 527, dom. praeſidis et *de* SAYLER diſſ. de *auſtraegis* cet. p. 14, not. (x).

c) MOSER l. d. P. XXXVIII p. 528.

cc) Vir perilluſtris IO. IAC. MOSER von den teutſchen Reichsſtaenden cet. 1767, 4, lib. II, cap. 4, p. 963 hac de re ſequentia exponit: immittels iſt dieſe allgemeine grafenverein ſchon ann. 17 - - abſeiten des ſchwaebiſchen collegii, und ann. 1740 den 27ten iul. abſeiten des weſtphaeliſchen, auf beſonderen grafentagen foermlich vollzogen, auch von den mitglidern geſigelt, und unterſchriben worden; welches in anſehung jenes ſelbſt namens kaiſer Carls VII, in anſehen dieſes aber namens des koenigs in Preuſſen mitgeſchehen. - - Immittels koemmt der giltigkeit dieſer grafenunion allerdings zu ſtatten, was in der kaiſerlichen wahlcapitulation überhaubt wegen dergleichen Reichsſtaendiſchen vereinen und pactorum art. I § 9 verſehen iſt. An den Reichsgerichten wird ſich auch bei vorkommenden gelegenheiten auf dieſe verein bezogen, und ſind beiſpile vorhanden, daſs in iudicando darauf, wo nicht namentlich, doch virtualiter reflectiret worden cet.

d) MOSER im teutſchen ſtaatsrechte P. XXXVIII, p. 369,

quo comites cattimelibocenſis, ſaropontanus, ſolmenſis, hanouienſis, atque idſteinenſis ſeſe obſtrinxiſſe fide dicitur, dum de ea nihil certi aſſeri poteſt. Illud autem cognitum eſt: multos comites Wetterauiae, alioſque anno cIↃIↃXII inter ſe fidem ad certos annos dediſſe e). Idem fecerunt quidam wetterauici, eifelenſes, et belgici comites Veſaliae anno cIↃIↃXV. Hoc foedus aliud wetterauicorum comitum cum belgicis anno cIↃIↃXX iunctum ſecutum eſt f), quod ſequentibus temporibus plus vice ſimplice renouatum eſſe ex conſociatione perpetua comitum wetterauicorum anno cIↃIↃCII icta patet g). Anno cIↃIↃLXXVIIII comites ſueuici cum wetterauicis foedere ſe coniunxerunt h). Eodem modo anno cIↃIↃLXXVIII comites wetterauici Fridbergae i), anno cIↃIↃCII Butisbaci k), cIↃIↃCVIIII, cIↃIↃLII l), et cIↃIↃCLXXVIIII, ſi MOSERO m) fides habenda eſt, inter ſe inuicem conuenerunt. Quin etiam comites ſueuici n), franconici o), et weſtphalici p), concordia coaluerunt,



369, § 3, cap. 183, ſect. 5; ſed ipſe dubitat: num ea pactio in ſenſu iuris publici fraternitas comitum proprie nominari queat. Quaenam autem huius foederis cauſſa et cuius tenoris fuerit, latet adhuc in occulto.

e) IO. ADAM. KOPPII omni laudis genere excellens diſcurſus von den Reichsgraeflichen votis curiatis, und deren urſprung, tractatui conſpicuo de *inſigni differ. comitum S. R. I.* cet. adiectus § XII p. 608, MOSER l. m. P. XXXVIII.

f) KOPP l. m. p. 636, MOSER l. d. p. 370.

g) KOPP p. 664.

h) LÜNIG in *theſ. iur. comit.* p. 845, MOSER p. 471.

i) KOPP p. 674, MOSER p. 381.

k) KOPP p. 660, MOSER p. 389.

l) *de* MEIERN l. d. T. I, p. 308, MOSER p. 405.

m) MOSER p. 418, p. 446.

n) MOSER p. 455, § 29.

o) IDEM p. 462 et 469, LÜNIG in *theſ. iur. com.* p. 843.

p) LÜNIG l. d. p. 870.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

luerunt, atque adflictas vires iteratis vicibus contulerunt in vnum, de quibus infra plura in medium prolaturi ſumus.

## § X
### VTRVM ORDINES IMPERII PLENO IVRE FOEDERA FERIRE POSSINT?

Ex hiſce paucis facile apparet: ordines Imperii iure foederum, et conſortionum et cum aliis, et inter ſe gaudere. Num vero illi in eiuſmodi pactionibus ineundis imperatoris auctoritate et firmamento opus habeant? inter iureconſultos adhuc diſceptatur. Sunt, qui affirmant, et quidem ob tituli XV aureae bullae verba in commate: *inſuper* cet.; deinde prouocant ad legem Imperii anno cIↄCCCCXLI delineatam q). Verum enim vero quod ſanctionem aureae bullae attinet, verba illa non de ordinum Imperii, ſed tantum de ciuium foederibus loquuntur r); patet potius ex ſequentibus eiuſdem tituli verbis, principibus, aliiſque Imperii ordinibus ius illud vindicatum, et tributum fuiſſe; etſi inficiari nequeamus: Imperatores quandoque affirmatiſſime contendiſſe: ordines Imperii abſque eorum adſenſione foedera ſancire non poſſe s). Verba enim aureae bullae ita ſe habent: *illis*

q) art. XII, in IO. IOACH. MÜLLERI Reichstagstheatr. unter kaiſer Frid. V, Iten vorſt. cap. V, p. 59, GOLDAST T. I der Reichsſazungen p. 167.

r) conf. viri celebritate maxima inſignis IO. DAN. *ab* OLENSCHLAGER neue erläuterung der güldenen bulle kaiſer Carls IIII, Francof. 1766, 4, § LXXVII ſeqq. p. 299 et im urkunden-buche zur güldenen bulle, num. LII, LIII, LIIII, p. 141 ſeqq.

s) IDEM p. 313 ſeqq. NIC. CHRISTOPH. LYNKER *de his, quae principum ſtatuumue Imperii libertati perperam accenſentur*, cap. II, § XI ſeq.

*illis confoederationibus, et ligis duntaxat exceptis, quas principes, et ciuitates, ac alii ſuper generali pace prouinciarum atque terrarum inter ſe firmaſſe noſcuntur* cet. Et haec magis adhuc declarantur in pace oſnabrugenſi t). Quod ad Imperatoris Friderici III ſanctionem ſpectat, illam ab ordinibus Imperii nunquam adprobatam, quin etiam ſequentibus Imperii legibus contrarium conſtitutum fuiſſe, ordinatio wormatienſis anno clↄccccxcv, § die königl. Majeſtaet cet. vt et vſus forenſis docent u). Sunt quidem exempla in promtu x), quae teſtantur: nonnulla ordinum Imperii foedera et conſociationes auctoritate imperatorum eſſe roborata, eorumque confirmationem fuiſſe petitam; ſed illud ſponte ſua, non ex neceſſitate, factum eſſe quilibet perſpicere poteſt, cum ſuperflue ab alio petatur, quod iure communi obtineri poteſt, et conceſſum eſt. Quemadmodum igitur electores firmamentum coniunctionum ſuarum nacti ſunt, eodem modo comites S. R. I. wetterauici, franconici, et ſueuici in fraternitate anno clↄlↄcxxxxviiii y) eo conuenerunt: zu mehrer ſteiff und feſthaltung, auch beſſerer manutenenz dieſer graeflichen vereinigung, und correſpondenz wird

t) art. VIII, § gaudeant cet. facit huc etiam capitulatio caeſarea art. VI.

u) MÜLLER l. d. vorſt. I, cap. V, § 2, 3, p. 74.

x) Etenim electores confirmationem conſociationum ſuarum impetrarunt, eamque formulae capitulationis caeſareae inſeri voluerunt, ſtatuentes, validi quoque comprobationem non nocere, vid. WILDVOGEL de *vnione elect.* cap. II § 9, in domini praeſidis *ſelectis de vnione elect.* p. 15, GOTH. DAN. HOFFMANNI *vindiciae capitulat. nouiſſ.* § XII, FRID. LVD. WALDNER *de* FREVNDSTEIN de *firmamentis conuent. publ.* Gieſſ. 1709, 4.

y) § XII.

wird auch nohtwendig ermeſſen: der kaiſerlichen Majeſtaet conſeruatorium darüber allerunterthänigſt zu ſuchen cet. Praeterea comites Wetterauiae in comitiis anno cIↄIↄCLIII habitis pactionem ſuam confirmandam ab Imperatore efflagitarunt z). Valida autem eorum conuenta eſſe per ſe, Imperator Carolus V ipſe agnouit, dum ad eas continuandas comites wetterauicos excitauit, prout e litteris eius videre licet a). Hinc recte AHASVERVS FRITSCH b) peruincit: *ſtatuta, et leges collegiorum comitum Imperii, etiam ante confirmationem caeſaream, quippe quae praeciſe neceſſaria eſſe non videtur, firmiter obligant omnes eos, qui in collegia iſta vt membra recepti ſunt, eorumque ſucceſſores et heredes* c).

§ XI

z) MOSER p. 416 § 15, p. 516, P. XXXVIII des teutſchen ſtaatsrechtes.

a) conf. KOPP l. m. p. 658 ſeqq.

b) de *diaetis comitum Imperii*, Ienae cIↄIↄCXC, 4, in additam. II.

c) Sin igitur ordo perſonarum illuſtrium inter ſe pactiones, et foedera ad iura ſua, vt et ad dignitatis atque eminentiae ſplendorem conſeruandum ferit, eis ſtandum eſt, et quodlibet membrum eis obſtringitur conuenienter viuendi, cum fundamentum iuſtitiae fides ſit, teſte CICERONE. Conſtituuntur autem conſortiones modo in perpetuum, modo ad tempus certum; ſin hoc, foederati ante tempus praeterlapſum abſque fraude et fidei violatione conuento renunciare nequeunt; ſi prius, ſucceſſores quoque in collegio pacta ab anteceſſoribus quondam conflata obſeruare tenentur, in primis cum illi ad neceſſitatem conſeruandorum collegii ſui iurium per ipſam receptionem adducantur, etſi in illis nulla horum mentio facta ſit. Adiicitur autem hoc quandoque expreſſis verbis, vti formulae obuiae teſtantur.

## § XI

### CAVSSAE FOEDERVM ET CONIVNCTIONVM.

Ordines Imperii foedera ſua feriunt inter ſe ad conſeruanda Imperii, praecipue propria tum collegii, quum ſingulorum iura, terras, et facultates ſartas, tectaſque retinenda (§ V). Ex hiſce igitur illuſtrantur foederum illorum cauſſae efficientes, patefit quoque illorum finis, qui nullus alius eſſe debet, quam, vt promoueatur gloria Dei, ſalus reipublicae, incolumitas, libertas, concordia, iura et collegiorum, et ſingulorum integra retineantur, lites inter ſe forſan enatae per auſtraegas componantur, nec armis vindicentur, ſi via iuris incedi poteſt, iniuriae ab aliis illatae propulſentur, et quae ſunt alia incommoda, remoueantur, vti formulae conſociationum non ſolum electorum, verum etiam principum, comitum et ciuitatum Imperii teſtantur, quas huc tranſcribere locus non permittit. Quamquam autem eiuſmodi coitiones, et pactiones eundem finem habent, non vnius, eiuſdemque tamen tenoris ſunt. At quod ad illarum cauſſas efficientes ſpectat, electores, principes, et comites S. R. I. eas componunt, eiſque non ſolum ſeipſos, ſed et ſucceſſores ſuos obligant, eas variis formulis ſolemnibus, e. g. mit hand gegebenen treuen, bei kur - fürſtlich - graeflichen würden, und ehren d), quin etiam quandoque iureiurando

d) Hoc teſtantur formulae conſociationum ab electoribus, principibus, et comitibus factarum. Inſpiciantur modo, ſi placet, fraternitates electorum annis 1338, 1399, 1438, 1446, 1502, 1521, 1558 confectae, et 1764 renouatae. Verba finalia pactionis a comitibus Wetterauiae, anno CIƆIƆLXXVIII conflatae ſic ſe habent: „ ſo haben wir für „ uns, und unſere erben uns „ verglichen, auch einander „ mit

rando corroborauerunt e), beneficiis tum eccleſiaſticis, cum ſaecularibus renunciarunt f), annexa clauſula: alle gefaehrde, und argeliſt ausgeſchloſſen; ſigilla eiſdem adiiciuntur, et datum exprimitur. Hoc igitur modo abſo-
lutum

„ mit hand gegebener treue „ an ſtatt eines geſchwornen „ eides, bei unſeren graefli- „ chen ehren, wahren worten, „ treuen, und glauben ver- „ ſprochen cet. In fraternitate comitum Wetterauiae anno 1652 conſtituta verba ſunt: wir einander mit mund, und hand aufrecht und redlich - - bei unſern graefl. ehren cet.

e) Quamuis promiſſio ſub honore inter perſonas illuſtres, et nobiles iuriiurando aequiparetur, SILBERRAD *de regum virorumque principum fide pro iureiur. valente*, Argent. 1715, cap. II, § 4, GAILL lib. II, obſ. 59, IOACH. MYNSINGER *a* FRVNDECK cent. I, obſ. 17, n. 4, ERN. COTHMANN vol. IIII, reſp. 22, n. 9, 10, PET. *de* LVDEWIG in *diff. iur. rom. et germ. in Scto Vell.* P. II, diff. 1, p. 4 ſeq. diff. 2, n. 18, p. 38 ſeq., MYLER *ab* EHRENBACH in *nomolog. princip. Imp.* cap. VI, § 4, § 14, cap. VIIII, n. 7, 18, viri perilluſtris ESTORIS bürgerliche rechtsgelahrheit der Teutſchen P. II, § 3505, a, § 3506, p. 298 ſeq., P. III, § 999, p. 623, § 3505, p. 1191 ſeq., HERM. ZOLL de *promiſſ. generoſa fide vallat.* Rint. 1695, 4, cap. III, § 20, 21, n. 65 ſeq. p. 68 ſeq., eamque ob cauſſam foedera aſſeueratione ea probata ſatis firma habenda ſint; nihilo ſecius reperimus: iurisiurandi vinculum eiſdem quandoque, et ſaepe adiectum eſſe. Probant hoc formulae conſociationum electoralium omnes, et certa formula: *kurvereinseid* 1764 praeſcripta fuit, vid. FABRI neue europ. ſtaatskanzelei, P. XIII, p. 78, Vlm. 1765, 8. In foedere comitum wetterauicorum et belgicorum anno 1520 inito conuentum eſt: vt noua membra iureiurando obſtringantur.

f) Hac renunciatione vſi ſunt tum electores, cum comites. Euoluantur modo formulae pactionum, atque vnionum, praecipue quoque comitum wetterauicorum, franconicorum, et ſueuicorum anno 1549 coniunctarum § XII.

lutum foedus, et pactum contrahentes ad illud ſeruandum deuincit.

## § XII
### DE OBIECTIS FOEDERVM ET PACTIONVM.

Foedera, ac ſodalitates ab ordinibus Imperii inter ſe ſecundum collegia ſua icta non ſolum ad ipſas perſonas foederatas, et conditionem priuatam, verum etiam ad ſtatum publicum, tum quod ad religionem, quum quod ad res profanas attinet, reſpiciunt. Contemplatione perſonarum incolumitati, dignitati, auctoritati, praerogatiuis, priuilegiis, et reliquis earum eximiis iuribus ſtabiliendis, ac retinendis proſpicitur g), et ne diſſidia inter illas oriantur, omnis occaſio praeſcinditur; quod ſi vero praeter ſpem quaedam excitentur, modus ea per auſtraegas componendi ſtatuitur. Quod autem ſtatum publicum attingit, res Imperii, atque Imperium romano-germanicum hiſce foederibus ſartum, tectumque conſeruari, ſchismata circa fidem, aliaque, quibus tranquillitas eccleſiae

 tur-

g) De praerogatiuis electorum conſeruandis loquuntur formulae pactionum in domini praeſidis *collect ſel. opuſc. de vnionibus electorum* S. R. I. prolatae. De principum eximiis iuribus integre praeſtandis vid. viri perilluſtris IO. IAC. MOSERI teutſches ſtaatsrecht P. XXXVI, p. 149 ſeqq. De comitibus Imperii infra acturi ſumus. In prooemio fraternitatis comitum Wetterauiae, Sueuiae et Franconiae anno CIϽIϽCXLVIIII propoſitae ſequentia verba leguntur: inſonderheit aber zu erbauung, mehr- und erhaltung des rechten, unverfaelſchten teutſchen vertrauens, auch von dem allmächtigen gefügter freundſchaft, geliebter einigkeit, und der Grafen, und Herren wohlhergebrachte reputation, privilegien, und gerechtigkeiten cet., quae et in aliis formulis foederum inter comites initorum repetuntur.

turbari poteſt, tolli h), ſeditioſi, ac rebelles compeſci debent, quin etiam modi eos coercendi proponuntur, mutuum auxilium aduerſus eos promittitur, qui odio aliquid iniqui contra illos machinantur, reuerentia Imperatori, aliiſque praeſtanda, atque adhibenda tribuitur, leges Imperii obſeruandae ſtabiliuntur, terrae, prouinciaeque cuiusuis defendendae recipiuntur, conductus adpromittitur, locus conuentuum praefigitur, directores eorum, adminiſtratores iuſtitiae, atque aerarii denominantur, et quae ſunt reliqua. Hactenus de conſociationibus ordinum Imperii generatim; nunc ad foedera, quae comites **S. R. I.** inierunt, ſpeciatim progrediendum eſt.

## CAP. II
## DE FOEDERIBVS ET COITIONIBVS COMITVM S. R. I. SPECIATIM ILLVSTRATIS.

### § XIII
### COMITES S. R. I. FOEDERA PANGERE POSSVNT.

Illuſtriſſimi comites S. R. I. ſunt ordines Imperii, et gaudent tum iure gentium, cum iure publico vniuerſali, imperio eminente, iure belli et pacis, ac poteſtate ſuperiore, quae nomine ſuperioritatis territorialis inſignitur i). Quam

h) Vid. pactio electorum anno cIↃCCCLXXXXVIIII confecta § zum erſten cet., aliaeque formulae conſociationum electoralium. Comites S. R. I, eodem modo, ac ceteri ordines, conſortionibus his ſtatui publico, eiuſque integritati, vt et religioni conſuluerunt. Conf. conuentum comitum wetterauicorum, ſueuicorum, et franconicorum anno cIↃIↃCXLVIIII factum, § VI, et reliquae formulae inſpiciantur.

i) Perilluſtris IO. IAC. MOSER *im teutſchen ſtaatsrechte* T. XXXVIII,

Quam ob rem comites S. R. I. inſtar ceterorum ordinum Imperii fruuntur facultate congreſſus publicos celebrandi k), foedera, et conſociationes ad tuendam dignitatem, praerogatiuas, terras, iura ſua conſeruanda, et promouendam Imperii, quin etiam propriam ſalutem ſtabiliendam et retinendam ineundi. Foedera autem illi non ſolum inter ſe, et cum aliis ſuperioribus ordinibus Imperii (§ II, § X), verum etiam cum exteris licite, et iuſte ferire poſſunt, dummodo ea in Imperii detrimentum non tendant, atque Imperator cum Imperio in illis excipiantur l). Quo tem-

 pore

T. XXXVIII, et von den teutſchen Reichsſtaenden, der Reichsritterſchaft cet, Francof. ad M. 1767, 4, lib. II, cap. 4, § 233 ſeqq. p. 955 ſeqq., vir laudibus illuſtrandus KOPP *de inſigni differ. inter S. R. I. comites et nobiles immed.* Argent. 1728, 4, ſect. II, § 1, 3, 5, 6, 7 ſeqq. p. 175 ſeqq. p. 219-264, viri ill. I. FR. MORIZ abh. von den *auſtraegen der unmittelbaren grafen des Reichs gegen mittelbare klaeger*, Francof. ad M. 1750, 4, cap. I § 4, p. 8 ſeqq., cap. II, ſect. I, § 1 ſeq. De iure comitum pacis componendae iam tempore Imperatoris Henrici IIII exemplum ſuppeditat BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad annum CIↃLXXXXIII apud VRSTIS. T. I rer. germ. p. 370. Confirmant illud ius pax gueſtphal. art. VIII, et capitulatio caeſ. art. I, § 9, art. VI, § 1.

k) Leges quidem Imperii de comitum comitiis nihil certi ſanciunt, neque illis facultatem conuentus, qui *grafen tage* dici ſolent, expreſſe attribuunt; at vero vſus, atque obſeruantia, quae vim legis habet, et auctoritatem publicae ſanctionis producit, eos introduxit, vid. FRITSCHII laudata comm. de *diaetis comitum Imp.* cap. II.

l) R. I. 1529, § und als im cet. 35, R. I. 1594 § was und ſo viel cet. 28. Hinc et eorum foedera inter ſe confecta tanquam iniuſta, aut illicita haberi nequeunt, quod iam LÜNIG *in theſ. iur. comit.* p. 884 animaduertit, et multis et grauibus argumentis docuit. Eadem fere in formulis vnionum comi-

pore autem comites Imperii ſingularia comitia celebrare, atque in eis inter ſe foedera iungere coeperint, inter doctores iuris publici, et hiſtoricos adhuc diſceptatur (§ VIIII). Sic enim hac de re diſſerit AHASVERVS FRITSCH m): *quod originem horum conuentuum attinet, videtur: eam referri poſſe ad ea tempora, in quibus comites, ac barones Imperii in ſocietatem quandam coiuere, ac collegium inter ſe inſtituere, quod quoad illuſtriſſimos comites wetterauicos et ſueuicos longe ante centum et quinquaginta annos factum eſſe conſtat, antiquioribus autem temporibus probabile eſt, rarius conuentus eiuſmodi inſtitutos fuiſſe, vel quod iis tunc temporis non adeo opus fuerit, vel quod comites nondum certis legibus, ac ſtatutis formatum corpus conſtituerint.* At vero ex hiſce nihil certi erui poteſt. Clarius de eiſdem laudatus KOPPIVS n) ſcribit, peruincens, comitum conſociationes, eorumque vota curiata ſaeculo XVI initium coepiſſe. Et huic quoque magis eſt acceden-

comitum occurrunt. Vid. pactio comitum Wetterauiae, Sueuiae et Franconiae anno cIↄIↄCXLVIIII, § 1 ſeq. ictae, comitum Wetterauiae anno cIↄIↄCII factae, § 1, delineatio conſociationis communis anno cIↄIↄCLIII conflatae § 1, cet.

m) l. d. cap. II, conf. STRVVIVS in *corp. hiſt. germ.* period. VIIII, ſect. I, § 15, p. 610, CRVSIVS in *annal. Sueu.* lib. III, P. III, p. 966, TRITHEMIVS in *chron. hirſaug.* ad ann. 1275.

n) in *diſcurs.* von den Reichsgraeflichen votis curiatis § XII, p. 607 ſeqq., BVRGERMEISTER in grafen- und ritterſaale p. 478 etiam quaedam huc ſpectantia in medium protulit, quae tamen in incerto adhuc poſita, praetereaque ſubleſtae fidei habenda ſunt. LÜNIG quidem *in theſ. iur. comit. p.* 843 originem ſodalitatum comitum wetterauenſium et rhenenſium a fine ſaeculi XV deriuare enititur; ſed exempla deficiunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

dendum. Nam ante haec tempora ſeparati et ſingulares conuentus et coitiones inſtituendi comitibus neceſſarii viſi non fuerunt; quum vero principes ab illorum communione quodammodo ſegregare inceperunt, illiſque quaedam iura Imperii denegarunt, et ſibi tantum illa attribuere voluerunt, coniunctiones comitibus Imperii neceſſariae viſae fuerunt, quod circa ſaeculum XVI factum eſſe cenſetur. Et quamuis in annalium monumentis ante ſaeculum XVI quorundam foederum a comitibus ictorum mentio fiat o); haec tamen partim dubiae fidei ſunt (§ VIIII, not. d), partim ad ea, quae ab eiſdem ad tuenda Imperii, et propria, tum ordinis ſui, quum ſingulorum iura ſunt ſancita, de quibus nobis in praeſentia eſt ſermo, commode referri poſſe non videntur, quoniam non omnes foederati illi aequalis gradus fuerunt (§ VIIII, not.

o) Sic enim imperante Rudolpho habsburgico wirtenbergenſis comes, Eberhardus ſenior, cognomine rixoſus, et marchiones badenſes, friburgenſes, et neoburgenſes comites circa annum CIƆCCLXXVI foedus contraxerunt, ea in primis ex cauſſa, quo melius ea, quae quiſque ſui iuris interregni tempore fecerat, retineri poſſent. Praeterea cuiuſdam conſociationis inter comites cattimelibocenſes, ſarapontanos, ſolmenſes, hanoicos et idſteinenſes anno CIƆCCCCLXXIIII conciliatae mentionem facit vir perilluſtris IO. IAC. MOSER im teutſchen Staatsrechte T. XXXVIII, cap. 183, ſect. 5, § 3; ſed ipſe dubitat: num illa in ſenſu iuris publici vnio comitum proprie nominari poſſit. Quaenam autem huius foederis cauſſa, et cuius argumenti fuerit, latet adhuc in occulto. Si coniecturis augurari licet, turbulenta tempora ſub Friderici III imperio, potentia electoris palatini Friderici victorioſi nimia, eiuſque bella vicinis crebro illata, pax publica non ſatis confirmata, ſed ſaepius turbata aliaeque rationes procul dubio illud ſuaſerunt, quo dicti foederati, eorumque res tutae et ſecurae fierent.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

not. z). Nam marchiones badenſes eo tempore iam dignitate principum ſplenduerunt.

## § XIIII

### SAECVLO XVI COMITVM FOEDERA CERTA SVNT.

Quo incertiores autem ſunt conſociationes comitum Imperii ex ſaeculo XIIII, et ſuperiori aeuo depromtae, eo indubitatiores fiunt ſaeculo XVI p). Initium illarum certum ad annum cIↄIↄXII in ipſis formulis foederum refertur q). Amplificatae autem et confirmatae fuerunt illae ſodalitates ſequentibus annis cIↄIↄXV, XX; attamen illae non communes, verum particulares tantum fuere. Nam coniunctio anno cIↄIↄXII ad nonnullos annos a Philippo de Virneberg, Ioanne naſſouico-bredano, eiusque filiis Henrico, et Ioanne, Dietrico de Manderſcheid, Ioanne beilſteinenſi, Henrico waldeccenſi, Salentino eiſenburgenſi, Iacobo reineccenſi, Ioanne ſolmenſi, Cunone winnenburgenſi, Philippo waldeccenſi, eiusque filiis, Eberhardo arburgenſi, Gerlaco iſenburgenſi, Ioanne ſainenſi,

p) Ex foederis formula anno cIↄIↄXX a comitibus wetterauicis et belgicis confecta, ſequentia quidem verba nobis obſtare videntur, als verſchiener jahr vnſer ieder parthey vnter ſich ein freundlich verſtändniſs vſgericht, vnd darnach im 1515 nechſt vergangenen - - wir vns in einem verſtand ſamtlich verſchrieben cet. Eadem fere verba in delineatione cuiusdam coitionis apud MOSERVM d. l. T. XXXVIII, p. 418 traduntur; at vero, cum nullibi veſtigia antiquiorum conſociationum litteris demandata deprehendantur, certis tantum vnionum formulis inhaeremus.

q) Conf. coniunctio comitum wetterauenſium anno cIↄIↄCII confecta, commate: immaſsen dann cet. apud KOPP l. d. Addatur anonymus in L. B. *de* SENKENBERG ſel. *hiſt. et iur.* T. VI, p. 65.

ſainenſi, Philippo reineccenſi, Philippo werdenbergenſi, Wolfgango fürſtenbergenſi, Ioanne rollingenſi in Dhun et Dachſtuhl, Ioanne helffenſteinenſi, Ioanne wiedenſi, Guilielmo neueranenſi, Ioanne et Guilielmo witgenſteinenſibus comitibus, et dynaſtis liberis wetterauicis, ceteriſque inita eſt r). Praecipue autem de foedere anno cIↃIↃXX confirmato, atque extenſo notandum eſt: eius ſocios propter nimiam ditionum longinquitatem in duas partes ſe diuiſiſſe s), quarum quaelibet directorem (haubtmann, ſeu ausſchreibenden) ſibi conſtituit, ad res cuiusuis partis ordinandas.

Ad hanc conſociationem feriendam comites variae rationes commouerunt, vti ex ſequentibus eiuſdem verbis patet, quae ſic ſe habent: vnd nemlich zu allerfürderſt GOtt dem allmächtigen zu lob, vnd ere, vnd zu vndertheniger gehorſam Ihr roemiſch keyſ. Maj. vnſern allergnedigſten hern, vnts, vnſern erben, graueſchaften, herrſchaften vnd derſelbigen vnderthanen zu nuz, fridde, vnd einigkeit, auch zu behaltung vnſerer alten hergebrachten freiheiten, vnd ſonderlich der meinung, das wir als grauen vnd hern des heiligen Reichs by roemiſcher koenigl. Maj. vnſerm oberrichter plyben, vnd die vnſern vor onrechtem gewalt, betrang, oder beſchwerung enthalten, darzu andere fremden werbenden perſonen in vnſern gebieten mit ſicherheit deſto bas verſehen mogen, betracht vnd für vns genommen haben die keyſ.

r) Teſte MOSERO l. m. p. 369, § 4, KOPP d. l. § XII.

s) verba ſequentia ſunt: wir haben auch aus ſonderlichen beweglichen urſachen dieſs vſstrags halben bedacht - - zweene bezirk vnder vns vffzurichten - - vnd in iedem bezirk einen haubtmann zu haben cet.

keyſ. und koenigl. vfgericht ordnungen, reformation, vnd des heiligen Reichs vfgekonthen landfrieden, vnd denſelbigen allen gehorſamlich zu geleben cet. Ex hiſce igitur patefit: comites et dynaſtas Imperii conſociatos ſibi mutuum adiumentum, et mutuam defenſionem aduerſus turbatores pacis publicae, tum contemplatione ditionum, facultatum propriarum, et ciuium, quum iurium Imperii promiſiſſe. Patet enim ex hiſtoria, teſte temporum, eos illo aeuo ſaepe maxima iniuria, odio, inuidia, turbiſque vndique adflictos, bellis laceſſitos, eiſque iura Imperii competentia denegata fuiſſe. Quo igitur ab his ſibi in poſterum praecaueant, fidem inter ſe dederunt, modum procedendi, et media contra turbatores pacis publicae pacti ſunt, perſonas denominarunt, quae eorum rebus praeeſſe, ſententiaſque latas exequi deberent. Illam pactionem deinde tum ipſi, cum eorum poſteri anno CIƆIƆXLVI, et CIƆIƆLV renouarunt t).

## § XV

### ALIORVM COMITVM PACTIONES MEMORANTVR.

Alia conſociatio inter comites wetterauicos die 28 menſis Ianuarii anno CIƆIƆLXXVIII Fridbergae conflata eſt u), quam illa inter comites, iam dictos, ſueuicos, aliosque die 25 menſis Martii anno CIƆIƆLXXVIIII Dinkelſpielii ſecuta eſt, et quidem variis ex cauſſis, I) ob temporis rationem, cum ſub Imperatore auguſtiſſimo Rudolpho II Imperium romano-germanicum turbulentum eſſet x); II) ad iura, priuilegia, praerogatiuas tum intuitu

t) KOPP l. d. p. 609, 610, 662, MOSER § 7, 9 et 12, T. XXXVIII, p. 370 ſeq.

u) KOPP d. l. p. 674 ſeqq.

x) Exhibet huius pactionis formulam LÜNIG in *theſaur. iur.*

tuitu Imperii, cum ſingulorum retinenda, et recuperanda. Quod ad eorum iura Imperii attinet, in maximo diſcrimine tunc temporis ea verſata ſunt. Vix enim ſuffragia virilia eis in comitiis fuerunt denegata, et comitibus wetterauicis, nec non ſueuicis curiata in illorum vicem confirmata, cum reliquis comitibus, in horum ſodalitate non exiſtentibus, in comitiis cIↃIↃLXXVI Ratisbonae celebratis, a principibus votis interdiceretur, aditusque ad ea praecluderetur y). Ne igitur excluſi comites illis, aliiſque iuribus, v. gr. deputationis, viſitationis, reuiſionis et reliquis contemplatione Imperii competentibus, priuarentur, comites wetterauici anno cIↃIↃLXXVIII, et ſueuici anno cIↃIↃLXXVIIII hoc foedus ſanxerunt, eoque efficere ſtuduerunt: vt comitibus a comitiis et deliberationibus imperii excluſis iura Imperii priſca reſtaurarentur, et conſeruarentur. In reliquis huius pactionis capitibus litigia inter comites foederatos oriunda decidenda, mutua adiumenta praeſtanda, vt et gubernationes in comitiis, atque aliis conuentibus adminiſtrandae ordinata ſunt. Haec pactio anno cIↃIↃCXXXXVIIII a comitibus wetterauicis et ſueuicis, quibus etiam franconici acceſſerunt, ſecundum verba fere omnia confirmata eſt, praeter ea, quae § III mutata z), et § VI, VII, X, XI



*iur. comit.* p. 845, *in ſpicileg. ſaecul.* P. I p. 3, atque ex illo MOSER p. 471 ſeqq. vol. XXXVIII des teutſchen ſtaats-rechtes.

y) Hoc apparet ex formula der wetterauiſchen grafen-notel, und vereinigung d. d. Fridberg die 28 menſis Ian. cIↃIↃLXXVIII apud KOPP m. l. in ſupplem. p. 675, vt et ex litteris et propoſitionibus comitum ad electorem colonienſem anno cIↃIↃLXXVIIII datis apud KOPP c. l. p. 689 ſeqq.

z) Poſt verba ab initio: tractirt, und verhandelt werden

VI, VII, X, XI de religione non affligenda a), et foederibus cum aliis conſociatorum inconſultu non ineundis b), de ſtudio alios comites eo commouendi: vt huic foederi

den ſollen, dergeſtalt cet. haec ſubſtituta ſunt: daſs man ſich einer gewiſſen inſtruction, und gewalt vergleichen, inſonderheit aber mit gemeinen zuthun eintraechtlich bei der roemiſch-kaiſ. Maj. kurfürſten, und des roemiſchen Reichs dahin ebenmaeſſig laboriren ſollen, damit die Reichsabſchied, religion- und profan frieden zu richtigen verſtand, obſervation, und execution gebracht, und die höchſte iuſtitia dadurch in allen befördert werde. Sonſt iſt auch den drei graeflich correſpondirenden collegiis zu deſto bequemer zuſammenſezung und vertraulichen unterredung ſehr rahtſam ermeſſen worden, daſs ſie alle jahre einmahl ihre deputatos zuſammen ſchicken, und die incidentia negotia debattiren, und ſolche an ihre principales überbringen moechten, da dann nichts deſto weniger die berührte ieden collegii herren ſich zuſammen thun, und die nohtdurft mit einander berathen, und beobachten moegen.

a) De religione ita ſancit § 6: zum 6ten ſoll keiner den andern, ſo nicht ſeiner religion zugethan, derentwegen haſſen, und etwa entgelten laſſen, und ob wegen der religion etwas widriges vorfallen thaete, eiffrig dahin trachten, daſs alle entſtandene ungelegenheiten in zeiten friedlich und mit guter verſtaendnus zum vergleich gebracht werden.

b) § VII ſic ſe habet: ſolle kein collegium ohne des andern vorwiſſen ſich in einige bündniſs mit in- oder auslaendiſchen zum nachtheil der vereinigkeiten nicht einlaſſen, ſofern auch ein theil für ſich ſelbſt in andere bündnuſs einzulaſſen gemeinet ſey, ſolle ſolches in allem weg ohne praeiudiz dieſer correſpondenz dergeſtalt beſchehen, daſs dieſelbe vor allen dingen ausdrücklich ausgeſezt, und vorbehalten werden.

foederi accedant, et de proditoribus coniunctionis c) adiecta ſunt.

## § XVI

### ALIVS CONSOCIATIONIS PARTICVLARIS MENTIO FIT.

Inter comites wetterauicos et franconicos adhuc alius pactionis particularis anno CIↃIↃCXLVIIII factae mentio fit in praecluſione delineatae conſociationis communis comitibus weſtphalicis a comitibus wetterauicis, ſueuicis et franconicis per dictaturam communicatae anno CIↃIↃCLIII apud DE MEIERN d), vbi verba ſunt: neben andern, auch die vorigen anno 1579 zwiſchen uns, den



c) Inſonderheit aber, damit dieſes collegii correſpondirende conſervation wohl vinculiret, und gefaſst werde, ſoll ein jedes mitglied bey dieſer correſpondenz treulich, redlich, aufrichtig dauren, auf denſelben ſich nicht muhtwillig mit boeſen verdacht an andere hoehere, oder ſonſt ſolche ſtaende zu haengen, die dem collegio zuwider, oder indifferent ſtehen, verſtoſſen, oder zu anderen treten; denn da ſolcher zwar unverhoffender fall ſich zutragen, oder begeben würde, ſolle alsdann ein ſolcher als ein proditor collegii eliminiret, auch dadurch alles ſein feindſeelig beginnen dem loeblichen correſpondenz - collegio groſſen ſchaden, und nachtheil zugezogen, und er eines ſolchen überwieſen würde, daſs alsdann daſſelbe ſich an ſeinem haab, und gütern gleich allſo bald ohne weitere cognition zu erholen haben, nur allſo hiemit ſeine bona in eum euentum dem collegio afficiret ſeyn ſollen cet.

d) in actis comitiorum T. I, p. 38, atque ex illis perilluſtris MOSER l. c. p. 506, § 39; legi etiam meretur conſilium quoddam anno CIↃIↃXCVII confectum ad conſociationes comitum ſpectans, apud virum perilluſtrem L. B. *de* SENKENBERG *in ſel. iur. et hiſt.* T. VI, p. 68 ſeq.

den wetterauiſchen, und ſchwaebiſchen, und jüngſthin anno 1649 uns, den wetterauiſchen und fraenkiſchen grafen reſp. verglichene, und abgefaſste notulas zur hand zu nehmen cet.

## § XVII

### DE COMMVNIBVS CONVENTIS COMITVM.

Hactenus expoſitae pactiones comitum tantummodo particulares fuerunt. Quo igitur integer illuſtriſſimus comitum Imperii ordo communi foedere conſociaretur, praeſertim cum comitibus Imperii franconicis ius ſuffragii anno CIƆIƆCXLI in comitiis Imperii iure quaſi poſtliminii reſtitutum eſſet, et comites Weſtphaliae per decretum caeſareum die XIII Auguſti anno CIƆIƆCLIII aeque ſingulare votum obtinere deberent e), ideoque comites Imperii aequalia iura recuperarent, conditiones communis conſociationis in comitiis ratisbonenſibus menſe Auguſto CIƆIƆCLIII a plurimis comitibus, eorumque legatis propoſitae ſunt, quae a viro litteratiſſimo DE MEIERN f) exhibentur. Cum vero comitibus weſtphalicis in illis quaedam g) diſplicerent, reiectae, eodemque anno aliae delineatae, et ſub moderamine comitis witgenſteinenſis ibidem die 22 menſis Auguſti in medium prolatae ſunt h), continentes propoſitiones, quibus, praeter com-

e) LONDORP in actis publ. T. VII, p. 308 et 718.

f) in actis comitiorum, T. I p. 384, atque ex illis exhibet eas vir perilluſtris MOSER p. 484, § 37, P. XXXVIII, et in tr. laudato von den teutſchen Reichsſtaenden, der Reichsritterſchaft cet. 1767, 4, lib. II, cap. 4, § 238 ſeqq. p. 958 ſeqq.

g) *de* MEIERN l. m. p. 398.

h) IDEM d. l. p. 840. Notandum autem eſt, fundamenta huius delineationis praecipua pactiones comitum anno CIƆIƆLXXVIIII, CIƆIƆCII, CIƆIƆCXLVIIII, et CIƆIƆCLII compilatas eſſe.

communia, ac praeſtandum mutuum auxilium aduerſus hoſtes et turbatores pacis publicae coercendos, conſtituitur id praecipue, quod cauſſas tum Imperii, tum illorum publicas, terras, iura et publica et priuata attinet, vt videlicet I) pax weſtphalica, et reliquae Imperii germanici paces pro viribus ſuſtineantur, et protegantur; II) negotia Imperii in comitiis et conuentibus Imperii, v. gr. viſitationum, deputationum, reuiſionum cet. communi omnium comitum nomine expediantur, ita, vt ad ſuffragia in comitiis Imperii ferenda generalis directio inter quatuor eorum collegia ordinetur, illudque triennio praeterlapſo ſemper alternetur; III) generalis director quatuor collegia comitum Imperii conuocet, eorum conuentus regat, et concluſa exequatur; IIII) omnes conſultationes communes ad ſalutem totius Imperii, ac praecipue ad vtilitatem ordinis comitum vniuerſi dirigantur; V) in caſu neceſſitatis particulares conuentus a collegiorum moderatoribus, eorumque adiunctis auctoritate generalis adminiſtratoris inſtituantur; VI) nullum odium in alienae religioni addictum profundatur i); VII) nulla foedera cum exteris inſciis reliquis comitibus foederatis, aut in eorum detrimentum feriantur; VIII) viduis, liberiſque defunctorum comitum ſuccurratur, pacta familiae, ſtatuta, teſtamenta, aliaque eorum iura conſeruentur; VIIII) nulla bona Imperii, iura regia, et nullae iuriſdictiones ſuperiores a comitibus foederatis inſciis agnatis, aliiſque comitibus alienentur k); X) controuerſiae, et lites comitum coram moderatore cuiusuis collegii, aut iudicio auſtraegarum

i) Haec et ſequentia in conſociatione anno CIↃIↃCXLVIII compoſita aeque extant.

k) vid. conſociatio comitum wetterau. anno CIↃIↃCCII § X, atque anno CIↃIↃCLIII § IIII compilata.

garum componantur l); XI) in comitiis coronationi caeſareae deſtinatis comites ſecundum ſenium ſibi inuicem praecedant; XII) nemo in collegia recipiatur, niſi bona, ſiue comitatus, ſiue dynaſtias Imperio germanico ſine medio ſubiectos poſſideat, et XVI maiores probare poſſit; XIII) illi a communi foedere excludantur, qui aduerſus comitum ordinem coniurarent; XIIII) miniſtri communes in munere cancellarii, et ſyndici, et ab epiſtolis cet. conſtituantur, qui negotia conſociatorum expediant. Reliqua. At vero ex decretis comitum in conuentibus eorum particularibus inſtitutis liquet, hanc pactionem communem omnibus numeris abſolutam et ſubſcriptam non fuiſſe, etſi optandum fuiſſet. Cognoſcere enim illud licet ex decreto comitum wetterauicorum m). Plura huc ſpectantia in medium protulit vir perilluſtris MOSER n). Laborarunt quidem comites crebro, etiam anno CIↃIↃCCXIIII, teſte LÜNIGIO o), de illa conſociatione communi conficie-

l) Eadem fere in pactione electorum ſunt ſancita vid. WILDVOGEL l. d. cap. II, § 14 ſeq.

m) die XVII (XXVII) menſis Nouembris anno CIↃIↃCLX facti decreti verba ſic ſe habent: wenn dann 3) eine geraume zeit her dahin eifferig laboriret und getrachtet vvorden, vvie zu mehrerem und gedeilicherem aufnehmen, ſo vvohl dieſes hochgraeflichen collegii, als des geſamten grafenſtandes, eine general union der 4 baenke aufgerichtet - - vverden moegte; allermaſsen bei jüngſten Reichstag zvviſchen allerſeits abgeordneten verſchiedlich conferiret und gevviſſe projecte, und entvvürfe zu der hohen herren principalen verbeſſerung, und ratification verfertiget vvorden cet.

n) p. 521, P. XXXVIII des teutſchen ſtaatsrechtes, et in tr. von den teutſchen Reichsſtaenden cet. 1767, 4, lib. II, cap. 4, p. 962 ſeq.

o) m. l. p. 844. Verba haec

ficienda, quod etiam anno cIↄIↄccxxxvIII factum eſſe ſupra p) dictum eſt q).

## § XVIII
### DE SPECIALIBVS COMITVM PACTIONIBVS.

Tantum de comitum S. R. I. foederibus communibus et particularibus. Nunc quaedam adhuc de illorum ſpecialibus conuentis ſecundum collegia illorum addenda erunt. Illuſtriſſimi Wetterauiae comites auctores illorum habentur. Hi enim non ſolum inter ſe coierunt, fidemque dederunt, ſed et cum aliis comitibus Imperii ſaepenumero conſociationes iunxerunt, vti ſupra monſtratum eſt. Quod ad priores eorum coniunctiones attinet, praecipue illae anno cIↄIↄLXXVIII die 28 Ianuar. Fridbergae factae, anno cIↄIↄcII Butisbaci, anno cIↄIↄcVIIII, anno cIↄIↄcLIII Ratisbonae, atque anno cIↄIↄcLXXVII compilatae notandae ſunt.

## § XVIIII

haec ſunt: anno 1714 (iſt) bei dem verſammlet geweſenen allgemeinen Reichsgrafen-convent ein anderes proiect beliebet worden.

p) cap. I, § VIIII, § X.

q) Haec ex litteris, ſin opus eſt, probari poſſunt, quae ſequentia continent: die allgemeine grafen verein iſt im jahre 1738 bei dem allgemeinen convent aller 4 collegien des Reichsgrafenſtandes in Frankfurt zu ſtande gebracht, und im jahre 1742 des lezt verſtorbenen kaiſers Carls VII Majeſtaet zur beſtaetigung überreichet worden, mit welcher es auch ſo weit gekommen iſt, daſs nichts, als die feierliche ausfertigung, und die ſubſcription des kaiſers, welche durch deroſelben todt verhindert worden, daran ermangelt; add. MOSER von den teutſchen Reichsſtaenden cet. 1767, 4, P. II, cap. 4, p. 960 ſeq.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

## § XVIIII

### CONTINVATIO PRAECEDENTIS ARGVMENTI QVOAD PRIMVM OBIECTVM.

Quod illam pactionem comitum wetterauicorum Fridbergae anno cIↄIↄLXXVIII factam attinet, illius comma primum et ſecundum occaſionem et cauſſam refert, qua comites permoti illam ſunt ineundi r). Spectat illa modo ad ipſas perſonas paciſcentes, modo ad integrum comitum ordinem, eorumque praerogatiuas, et iura tum Imperii, quum ſingulorum conſeruanda, et ſi fieri poſſet, amiſſa recuperanda s). *Primum* igitur *obiectum* eſt ius ſuffragii in comitiis Imperii retinendum. Cum enim hactenus comites Wetterauiae, et cum eis coniuncti, vt et ſueuici, et cum his franconici anno cIↄIↄXLV conſociati t), ſecundum collegia ſua in comitiis Imperii comparuiſſent, ibique duo ſuffragia tuliſſent, inter hos vero anno cIↄIↄLXV et comites Franconiae ſumma diſſenſio oriretur, et de ſeſſione, et ſuffragio illo maxime certaretur, factum eſt, vt, cum comites ſueuici hac in re franconicis nihil concederent, hi ſe ab illis ſeiunxerint u). Hoc facto, comites Franconiae in comitiis Ratisbonae celebratis cum aliis in foedere ſueuicorum et wetterauicorum non exiſtentibus, a principum collegio anno cIↄIↄLXXVI excluſi fuerunt. Et quamuis hi ſegregati iura ſua in libello memoriali collegio principum ob oculos ponerent; attamen abſentibus comitum wetterauicorum

r) Exhibet eam KOPP l. d. p. 674 ſeq., MOSER p. 381, P. XXXVIII des teutſchen ſtaatsrechtes.

s) vid. ſupra § XV.

t) Teſte LÜNIGIO in theſaur. iur. comit. P. III, cap. 19, n. 1, p. 843, et KOPPIO l. d. p. 618, p. 622.

u) KOPP d. l. p. 695.

rum et ſueuicorum legatis prius decretum a collegio principum rogatis ſententiis confirmatum eſt x). His igitur rationibus permoti comites wetterauici eodem adhuc anno Butisbaci conuenire, ac praeter alia de iactura et detrimento iuris circa ſuffragia multa inter ſe communicare, ac praeſentes mandatum de eo concipere y); abſentes vero ſententias coniunctim litteris aperierunt z), quae eo tenderunt, vt omnes Imperii comites conſociarentur. Et hoc amplius in pactione fridbergenſi confirmarunt, conſtituentes, vt nomine omnium negotia Imperii expedirentur a).

## § XX

### SECVNDVM OBIECTVM PACTIONIS.

*Obiectum ſecundum* conſociationis attingit iura publica deputationum, viſitationum, et quae ſunt reliqua, comitibus Imperii tum conſeruanda, tum recuperanda. Quod ad ius in conuentibus deputationum Imperii, ſeu ordinariis, ſeu extra ordinem inſtitutis comparendi attinet,



x) IDEM m. l. p. 623 ſeqq. ibique inſertum mandatum, legatis a comitibus Imperii datum.

y) *ibidem*, 623 p. 324, § 17,

z) *ibid.* in ſupplem. ſub litt. f, p. 669.

a) Verba ſunt ſequentia: das nun hinfürtters die Reichsſachen nicht allein in vnſerm der wetterauiſchen, oder ſchwebiſchen namen – ſondern darneben auch von wegen aller im Reich geſeſſener grafen, die ſich in ihre correſpondenz mit uns einlaſſen, vnd begeben vverden, auf den gevvoenlichen Reichs viſitations-deputations- vnd andern dergleichen Reichsverſammlungen vnd taegen tractirt, vnd verhandelt, vnd alſo die ausſchlüſſung anderer graven, deren geſandten man ſonſt bis anher im Reichsraht mit zulaſſen hat vvoellen, durch diſs mittel vorkommen ſollen vverden cet. KOPP l. d. p. 678, p. 679.

net, illud comitibus Imperii in lege Imperii Auguſtae Vindelicorum anno cIↄIↄLV promulgata b), eatenus quidem conceſſum animaduertitur, quoad ex comitibus inter deputatos Imperii comites de Fürſtenberg electi eſſent c); at, quoniam ſine mandato comitum illa deputatorum decreta a Fürſtenbergiis ſubſcripta fuerunt d), hoc comites ordini ſuo detrimento eſſe conſueuerunt e), eamque ob cauſſam conuenerunt, vt caeſari ſupplicaretur, et ſeptemuiri, principesque rogarentur, vt omnibus comitibus Imperii ius in comitiis deputatorum Imperii ſaluum, integrumque ſeruaretur. Verum nihil vſque ad pacem weſtphalicam effectum eſt, vti infra monſtraturi ſumus. De iure circa viſendam atque ordinandam cameram Imperii adhuc adiiciendum eſt, illud quidem comitibus in ſan-

b) § ſo ſich dann cet. 65, add. ervveiterte deputations-ordnung ann. 1570.

c) Subſcriptio enim ibidem eſt: Friedrich graf von Fürſtenberg cet. von der grafen und herren vvegen; add. receſſus Imp. deput. Spir. anno cIↄIↄLVII, Francofurt. anno cIↄIↄLX, cIↄIↄLXXI, cIↄIↄC promulgati.

d) Patet hoc ex ſequentibus pactionis verbis: zum zvveiten, nachdem auch vvir die vvetterauiſche grauen cet., auſſerhalb Graff Heinrich von Fürſtenberg von den deputationstagen bisanher ausgeſchloſſen vvorden, und ſich derſelbig angemaſt hat den ganzen grauenſtand ohn einiges vorvviſſen vnd inſtruction, oder erſuchung vnſer, oder anderer im Reich geſeſſener grauen zu vertreten cet. KOPP l. d. p. 679.

e) Hoc non ſolum ex verbis antea in medium prolatis, aliiſque liquet, verum etiam ex oratione nomine comitum Imperii wetterauicorum ad electorem colonienſem facta patet, apud KOPP l. m. p. 691 ſeqq. Add. IO. CAR. KOENIGII ſelecta iuris publ nouiss. T. VIII, cap. X, p. 262, T. VIIII, cap. XVI, p. 399-452, T. X, cap. X, p. 336 ſeqq.

ſanctione Ratisbonae anno CIƆIƆXXXII lata f), ordinatione iudicii cameralis anno CIƆIƆLV publici iuris facta g), et lege Imperii Auguſtae Vindelicorum eodem anno ſubſcripta h) reſeruatum, non tamen illi ſemper adhibitos fuiſſe; quamobrem ad illud retinendum hoc ceperunt conſilium, fidemque de illo conſeruando dederunt.

## § XXI

### TERTIVM OBIECTVM CONSOCIATIONIS.

*Tertium obiectum* pactionis ſpectat ad ius praeſentandi aſſeſſores ad ſupremum iudicium Imperii, quod camera dicitur, quod principes circuli rhenani ſuperioris comitibus denegarunt i), quod tamen eis tanquam ordinibus Imperii detrimento eſſe viſum eſt. Attribuunt enim ſibi hoc ius tum ex aequitate, cum ad ſuſtinendam cameram Imperii contribuant, tum ex ſanctione camerali k), vbi ius praeſentandi aſſeſſores ordinibus circulorum adſcriptum eſt, quin etiam illud per decreta circulorum l), vt et inſtrumentum pacis oſnabrugenſis m) eis eſt conceſſum



f) Tit. III, § 2.

g) P. I, tit. 50, § 2, P. III, tit. 53.

h) § CX.

i) KOENIG in *ſel. iur. publ. nou.* P. VIIII, cap. XVI, § X ſeq. p. 406 ſeq. P. X, cap. 3, § 39, verba pactionis fridbergenſis haec ſunt: wie auch ebenmaeſſiger geſtalt hieraus dieſer hochbedenklicher nachtheil entſtanden iſt, daſs die hoehere ſtandesperſonen ſich nun eine geraume zeit angemaſst haben, dem graſenſtand die gerechtigkeit des mitpraeſentirens der beiſizer, ſo man zu beſezung des kaiſerlichen kammergerichts pflegt zu verordnen, genzlich abzuſtricken cet. KOPP l. m. p. 677.

k) P. I, tit. 2, § 4, rec. imp. 1576, § 58–61, KOENIG in *ſelectis iur. publ.* nouiſſ. P. VIIII, § 3 ſeqq. p. 400 ſeqq. P. I, tit. 2, § 4,

l) anno 1542, 1554, 1557, 1560.

m) art. V, § 53.

ceſſum n), habent etiam hoc ius alii comites in circulis, v. gr. Saxoniae ſuperioris atque inferioris o), nec non Franconiae et Sueuiae, hinc et comites wetterauici, et alii comites circuli rhenani ſuperioris hoc iure gaudere exigunt p); ſed hactenus abſque effectu q).

§ XXII

n) LÜNIG in theſ. iur. comit. p. 836, num I.

o) Vid. viri perilluſtris FRID. CAR. L.B. *de* MOSER des hochlöblichen oberſaechſiſchen kreiſes abſchiede, Ienae 1751, 4, concluſum anno CIↃIↃCLIIII factum, IO. PAVLL. KRESS de iure praeſent. aſſeſſorem cameral. cet. Helmſt. 1734 et 1744, 4, cap. I, § 1, ſeqq. § 5, cap. II, § 1 ſeq. cap. III § 1 ſeqq. § 17, KOENIG l. d. P. VIIII, cap. X, § XI, p. 408, p. 429, P. X, § 42 ſeqq.

p) LONDORP T. VII, p. 524 ſeqq. p. 630 ſeqq. p. 640 ſeqq. LÜNIG im Reichsarch. P. II, p. 510, grundfeſte cet. P. I, p. 161, atque in *theſauro iur. comit.* p. 832 ſeqq. KRESS l. d. cap. II, § X, KOENIG l. d. P. X, cap. III, § 39 ſeq. p. 106 ſeqq. de circuli Franconiae conf. KOENIG l. m. P. I, cap. XVI. p. 417 ſeqq.

q) Hinc ſcribit B. G. STRVVE in corp. iur. publ. cap. XXVI, § 21, p. 1011, „in circulo rhenano ſuperiori etiam comites circa conſtitutionem aſſeſſoris cupiunt concurrere, quod ipſis a reliquis circuli ſtatibus hactenus fuit denegatum.“ Idem teſtatur ANONYMVS in tr. von der grafen und herren ſtand urſprung und anfang, in viri perilluſtris L. B. *de* SENKENBERG ſel. hiſt. et iur. T. VI, p. 41, add. MOSERI teutſches ſtaatsrecht vol. XXXVIII, p. 382 in fine, G. MELCH. *de* LVDOLF in colloq. de *ſtatu iudicii cam.* p. 395. Principes illi circuli rhenani ſuperioris, qui praeſentant, nituntur lege imperii anno CIↃIↃCLIIII promulgata § XXXIII, et ſingulare conuentum ea de re anno CIↃIↃCCXI fecerunt, teſte *de* LVDOLF l. d. cenſentes, illud ius nominandi aſſeſſorem camerae non neceſſario ab ordine et membro circuli dependere, KOENIG l. m. P. VIIII, cap. XVI, § 12, p. 409 ſeq. P. X, cap. III, § 39 p. 105 ſeq. ſed ad obſeruantiam eſſe reſpicien-

## § XXII

### ALIA ARGVMENTA CONSOCIATIONIS MEMORANTVR.

Praeterea comites ea coniunctione anno cIɔIɔLXXVIII Fridbergae conflata mutuum ſibi ſtipulati ſunt adiumentum aduerſus impetus atque incurſus hoſtium, turbatorumque, inſidias atque odia aliorum, et quo haec, aliaque comitum negotia in comitiis, aliiſque conuentibus, vt et occaſionibus eo citius atque accuratius expedirentur, moderatorem ac directorem r) (ausſchreibenden grafen), quatuorque adiunctos ex collegio ſuo ordinarunt, qui in conſilium delecti fuerunt, et den ausſchusſraht repraeſentare debuerunt, eiſque duos iureconſultos, atque vnum ab epiſtolis addiderunt s). Illa directio quouis anno alter-

ciendum. De comitibus Sueuiae conf. KOENIG d. l. P. VIIII, cap. XVI, § 29, ſeq. p. 427 ſeq. p. 431, P. X, cap. III, P. XI, cap. X, p. 336 ſeqq. p. 343 ſeq. p. 357 ſeq. P. XII, cap. VIII, p. 286 ſeqq. p. 351, P. XIII, cap. VIII, p. 205 ſeqq. P. XIIII, cap. X, p. 240 ſeqq., viri perill. IO. HENR. L. B. *de* HARPPRECHT geſchichte des kaiſ. und R. kammergerichtes unter der glorwürdigſten regierung kaiſers Carls V cet. P. VI, Francof. 1768, 4, p. 227 ſeq, p. 232.

r) Eius officium in pactione quadam anno cIɔIɔLXXV Münzenbergae facta, vt et in hac coniunctione circumſcriptum eſt. Ille enim conuocat comites ad conuentus tum communes, quum ſpeciales nomine omnium comitum; proponit deliberanda; exequitur ſententias; habet rationem votorum et iurium illorum in comitiis, aliiſque conuentibus Imperii exequendorum.

s) De horum miniſtrorum ſalariis, vt et aliis contributionibus aeque in hac conſociatione conſtituitur his verbis: und iſt derowegen auch noethig erachtet worden, ſich einer leidlichen jaehrlichen con-

alternari debuit, quo omnia membra collegii hoc munere frui poſſent, nec vni tantum moleſtum ſit. Quoad adiunctos alternatio ad quadriennium determinata, atque in perpetuum continuanda promiſſa fuit. At vero de executione eorum, quae hac conſociatione continentur, nec non de vlteriore pro ſalute reipublicae, ſuique ordinis deliberatione tum ob conuentus communes, quum ſpeciales inter ſe conuenerunt, vtque omnia, quae in illa comprehenduntur, eo firmius praeſtentur, neque vllo modo infringantur, fides ſtipulata manu ab eis pro ſe, ſuiſque heredibus interpoſita fuit.

## § XXIII

### ARGVMENTA PRAECIPVA PACTIONIS BVTISBACENSIS.

In foedere comitum wetterauicorum anno CIↃIↃCII die II menſis Octobris Butisbaci icto t) eadem fere atque in antecedente ſtatuta fuere, praeter alternationem cum comitibus ſueuicis in comitiis Imperii, de conuentu deputatorum, viſitatione camerae Imperii u), et quae de illorum legatis, miniſtriſque, nec non de locis congregationibus comitum ſecretioribus conſtitutis x) ordinata ſunt. Praeterea modus diſceptandi in cauſſis comitum litigioſis magis

contribution zu vergleichen, davon der diener beſoldung, zerungen, und andere unkoſten von dem ausſchreibenden bezahlt moegen vverden cet. KOPP p. 682–687.

t) Exhibet eam *de* MEIERN in actis comit. T. I, p. 398, KOPP p. 660 ſeq. MOSER l. d. p. 389.

u) De modo huius alternationis extat bericht de anno 1603 apud LÜNIG. in theſaur. iur. comit. p. 852, et in *ſpicileg. ſaec.* P. II, p. 1806.

x) Loca conuentuum Spira, aut Eslinga denominata ſunt.

magis determinatus fuit, atque illis quatuor adiunctis, quorum antea (§ XXII) mentio facta eſt, adhuc duo additi ſunt; deinde de tranſitibus et hoſpitiis militum extraneorum ſibi proſpexerunt y); interpretationem dubiorum in ſodalitate exiſtentium in conuentibus ſuis ſuſcipiendam ſibi reſeruarunt, vt et ſucceſſores ſuos XVIII annos natos ad foedus ſubſcribendum obſtrinxerunt, adeo, vt, ſi illud ſemel ſubſcriptum eſſet, perpetuo obſeruari debeat. Nulla bona denique Imperii in alios a comitibus, inſciis agnatis et foederatis, ſub poena priuationis, transferri, permutari, nec pignori aliis dari debent, ea ex ratione, vt facultates et vires comitum integrae conſeruentur z), hinc neque praeſcriptioni, nec pretio affectionis locus datur, ſed ius reluitionis ſemper expreſſe reſeruatum eſt a).

## § XXIIII

### DE ALIIS CONSOCIATIONIBVS COMITVM IMPERII.

Poſtea anno cIↃIↃcVIIII pactionem inter comites wetterauicos factam eſſe, colligi poteſt ex conſociatione eorum.

y) § Wenn ſich auch zum 9ten, cet.

z) zum 10ten ſoll auch zu erhaltung des gemeinen grafenſtandes vvohlfahrt keiner unter uns an land und leuten, ſo er hat, etvvas an hoehere ſtandesperſonen durch kauf, tauſch, ſchirms oder andere vvege alieniren, oder veraeuſſeren, es geſchehe dann mit der naechſten agnaten, und freunden, ja unſerer der ſaemtlichen correſpondirenden guten vviſſen und vvillen cet.

a) vvie auch diſsfalls allenthalben vveder pretium affectionis, noch die praeſcriptio ſtatt haben, ſondern ſovvohl den nechſten agnaten, als uns den ſaemtlichen correſpondirenden die reluition, und einloeſung hiermit ausdrücklich vorbehalten ſeyn ſoll cet; add. LÜNIG in ſpicileg. ſaecul. P. I, p. 11.

eorumdem comitum poſt annum cIↄIↄCLXXVIIII delineata apud perilluſtrem MOSERVM b), quae tamen nos praeterit. Magis cognitum, ac perſpectum eſt foedus anno cIↄIↄCLII ab eiſdem ictum, quod anno ſequente die VI menſis Iulii in comitiis Ratisbonae celebratis in diuerſorio comitis de Rietberg cum comitibus weſtphalicis communicatum fuit c), quo, praeter alia hactenus enarrata, leges imperii, paces, praecipue pax gueſtphalica adprobantur, illarumque conſeruatio promittitur, vt et alia adiiciuntur, v. gr. de auſtraegis d), de directoribus, vicedirectoribus, eorumque adiunctis ex comitibus cis, et trans Rhenum degentibus eligendis e), de conuentibus congregandis f), de modo conuocandi, et formula indictionis g), de tempore tributa ad onera publica ſuſtinenda pendendi h), de conuiuiis, atque epulis tempore conſultationum reſtringendis i), de legitimatione eorum, qui conuentibus comitum adeſſe volunt k), de tempore conferendi conſilia, et poena abſentium l), de deliberationibus a ſyndico indicandis, atque aperiendis m), de votis in illis ferendis n), de mulcta diſceden-

b) c. l. vol. XXXVIII, p. 404, § 13, et p. 446, § 28.

c) *de* MEIERN l. d. T. I, p. 308.

d) § dieweil auch *zum vierdten* cet.

e) § V ſeqq. v. gr. director, eiuſque adiuncti per triennium officio praeeſſe debent. Hac igitur pactione illis derogatum eſt, quae de directione § XXII ex conſociatione Fridbergae facta deducta ſunt.

f) § VI zum wenigſten aber 2 monat zuvor - - die ausſchreiben verfertigen, und ausgehen laſſen cet.

g) § vors eilfte cet.

h) § XIIII.

i) es ſollen auch zum 17ten cet.

k) § vors achtzehnte cet.

l) zum neunzehnten cet.

m) § XX.

n) Maiora vota concludunt ſecun-

dentium a conuentibus comitum nondum finitis, de qualitatibus nouorum membrorum in ſodalitatem recipiendorum o), de coercitione eorum, qui coniunctionem deſerturi ſunt p), et quae ſunt reliqua.

## § XXV

## DE ALIIS DELINEATIS ET REPETITIS COMITVM PACTIONIBVS.

Cum vero non ita multo poſt alii comites Imperii conſociationi comitum wetterauicorum accederent, illud foedus anno cIↄIↄCLII conflatum reuiſum, atque in medium prolatum eſt q). At quo anno hoc factum ſit, certum habere nequimus, dum annus et dies formulae typis deſcriptae deeſt. Si coniicere licet, hoc circiter tempora electionis Leopoldi in regem Romanorum factum fuiſſe videtur r). Quod argumentum eius attinet, prio-

G 2 res

ſecundum § XXV in cauſſis comitum peculiaribus; excipiuntur autem res religionis, ac pecuniariae, hiſce verbis: ſo aber in religions- und geltſachen, nicht gelten ſoll cet. Iura enim ſingulorum, atque aequabilitas in cauſſis religionis, et tributorum voluntariorum ſecundum leges Imperii atque obſeruantiam obtinere debent, conf. STRVVIVS in *corp. iur. publ.* cap. XXIII, § 39 ſeqq., GABR. SCHWEDER de *caſibus a iure maioris partis in comitiis S. R. I. exceptis* cet. Tub. 1718, 4, ERN. ABR. *ab* OSTERHAVSEN de *iure ſingul. a maiori ſuffrag. comitial. parte excepto*, Viteb. 1728, 4.

o) § XXVIII.

p) § XXVIIII.

q) MOSER p. 418 ſeqq. vol. XXXVIII des teutſchen ſtaatsrechtes.

r) ob verba, quae circa finem extant: und haben uns darnebenſt verglichen, hierüber künftighin, ob GOtt will, zur voelligen Reichswohlfahrt erwehlten kaiſ. haubts allergnaedigſter confirmation, aller-

res pactiones confirmatae, quaedam tamen addita ſunt de augendo adiunctorum numero, de mediis cogendi conſociatos ad ſuſcipienda officia directoris, atque adiunctorum s), de munere collectoris, aliiſque miniſtris t), de comitibus Saxoniae ſuperioris cum wetterauicis foederatis u), de legatis comitum in congregationibus prima vice adue-

leruntertaenigſt - gehorſamſter gebühr ehiſter müglichkeit auszuwirken cet. Deinde alia quoque verba, quae ab initio ibidem leguntur, hoc nobis perſuadere videntur, quae ſic ſe habent: noch mehr - - Reichsgrafen, und herren (zu ſelbiger vereinigung) ſich gewendet, welche um vorberührtes *neulichſten* vereins de anno 1652 fernere reviſion inſtaendigſt angeſuchet, und über dieſes die vvunderliche laeufte, vvie hierzvviſchen ſich ereignet, nicht vvenige dinge merklich verkehret haben cet. Sin igitur annales euoluimus, edocemur, tempore electionis Leopoldi res Germaniae maxime perturbatas fuiſſe, ideoque eſſe poteſt, vt comites foedus ſuum non ſolum renouarint, ſed et alios comites ſibi adiunxerint ſocios. Inficias quidem ire non poſſumus, res Germaniae etiam circa annum 1679 in lubrico verſatas eſſe, eamque ob rem comites coniunctionem ſuam repetere potuiſſe; at hoc tempore Leopoldus I iam imperator extitit.

s) § VII.

t) § VIIII.

u) § VII et § VIIII primo, contemplatione eligendorum adiunctorum conuentum eſt: daſs unter den diſſeits gevvehlten adjunctis iederzeit einer aus den oberſaeſiſchen zuvervvandten grafen, und herren gevvehlet vverden ſoll. Deinde de praeſentia eorum in conuentibus comitum ſancitum eſt: dabei aber vorgedachte perſoenliche comparition, und abſendung betreffend, von den oberſaechſiſchen mitgliedern, als vveit entſeſſenen ſo gar ſtricte nicht zu urgiren vvaere. Fuerunt autem illi comites Saxoniae: mansfeldenſes, hohenſteinenſes, ſchvvarzburgici, aliique, qui ſingularem pactionem cum comitibus Wetterauiae fecerunt, et quaedam ſibi ſtipulati ſunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

aduenientibus iureiurando taciturnitatis, et fidelitatis adigendis, de receſſibus comitum litteris mandandis x), de remediis cogendi eos, qui tributa conferre morantur y), de mulcta eorum z), qui intra vicennium ab hac ſodalitate recedunt, de modo coercendi eos, qui officium foederati negligunt, foederique iniuriam faciunt a). Num vero haec pactio, ſi ante annum CIↃIↃCLXXVIIII confecta eſt, vnquam obſeruata fuerit, ſcimus cum ignariſſimis, dum nullibi mentio eius fit. Contrarium magis colligere licet ex verbis decreti comitum Wetterauiae anno CIↃIↃCLXII dati, quae ſic ſe habent: „ nachdem „ *neundtens* von den hochgraeflichen mitgliedern unter „ dero hand, und ſiegel die a. 1652 den 1ten April re„ novirte notul einmühtig approbiret, ſelbiger auch bis„ her nachgelebet worden, und dann bei jetzigen con„ ſultationibus keine urſache vorkommen, warum be„ ſagte notul zu caſſiren, und aufzuheben; ſo iſt für gut „ angeſehen worden, bei dieſer verein . . welche be„ deuteter maſſen, wohlbedaechtlich, und cum conſen„ ſu omnium aufgerichtet worden, ſo lang ferner zu „ verbleiben, bis im collegio ein anderes beliebet, und „ feſtgeſtellet worden cet.

## § XXVI

### DE CONVENTO COMITVM WETTERAV. ANNO CIↃIↃCLXXVIIII FACTO.

Inter recentiores comitum wetterauicorum conſociationes illa anno CIↃIↃCLXXVIII inita celebratur, ac norma ſequentium fuit, quemadmodum ex decretis a



x) § X.
y) § XI.
z) § XIIII.
a) § XV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-192015415-058467637-17

comitibus factis apud virum perilluſtrem MOSERVM b) patet.

## § XXVII

### DE NOVA CONSOCIATIONE DELINEATA.

Poſtea alia pactio anno adhuc ignoto delineata exhibetur c); ſed ea nunquam inſtar legis valuiſſe ex ea ratione videtur, quoniam in decretis a comitibus wetterauicis poſt annum CIƆIƆCLXXVIIII vſque ad annum CIƆIƆCLXXXXVIII factis conuenti anno CIƆIƆCLXXVIIII initi tantum mentio fit d). Forſan haec delineatio eſt illa anno CIƆIƆCLXXXXVIII propoſita, cuius meminit LÜNIG e), aut ea, quam comites Wetterauiae anno CIƆIƆCC-V in conuentibus ſuis ante oculos habuerunt f).

## § XXVIII

### DE CONIVNCTIONIBVS COMITVM SVEVICORVM.

De foederibus comitum ſueuicorum nunc agendum eſſet; cum vero illorum documenta, atque argumenta certis auctoribus accipere non valuimus, pauca tantum de illis in medium prolaturi ſumus. Comites ſueuici procul dubio et inter ſe, et cum aliis comitibus Imperii germanici foedera pepegerunt g). De his ſupra (§ XV, § XVI,

b) d. l. p. 443 ſeqq.

c) MOSER m. l. p. 446, § 28.

d) vid. wetterauiſcher grafentagsreceſs vom jahre 1697, und 1698 apud virum perill. MOSERVM l. c. p 444.

e) in *theſ. iur. comit.* p. 844, vbi verba ſic ſe habent: anno 1698 hat man gewiſſe auffaeze, notamina, und erinnerungen zu einer grafenverein in Wien entworffen, und guten theils aus dem nothhafftiſchen project hergeholet.

f) MOSER l. c. p. 445 ſeqq.

g) Comites Sueuiae modo cum franconicis comitibus in foedus

§ XVI, § XVIIII ſeq.) dictum eſt; de illis vero obſeruamus, anno cIↄIↄLXVIII Tetnangae ad certos annos eiuſmodi conſociationem a comitibus Sueuiae factam fuiſſe h), quam praeterlapſo tempore alia eiuſdem fere argumenti, atque illa cum comitibus Wetterauiae anno cIↄIↄLXXVIIII inita ſecuta eſt i). Singularia in ea notanda haec ſunt: I) duo directores conſtituti ſunt, qui nomine illorum negotia expedire, conuentus conuocare debuerunt, et quae ſunt reliqua k); II) decreta in conuentibus eorum abſoluta ſub mulcta cIↄ thalerorum obſeruanda; III) tributa a nectentibus moras manu militari extorquenda fuerunt l); IIII) miniſtri foederatorum abalienari, ſeu eis ab aliis coniunctis munera deferri non potuerunt, niſi honeſte miſſi ſint m), alterius foedere coniuncti miniſtri ſolum vertentes, ſeu eius ciues fugitiui neque

foedus tranſierunt, vti anno cIↄIↄXXXXV factum eſſe dicitur, teſte KOPPIO l. d. p. 622, modo cum wetterauicis et franconicis comitibus ſe conſociarunt. Quando vero hi comites ſeparatum collegium inſtituere coeperint, docet quodammodo vir perilluſtris MOSER p. 315, § 21, vol. XXXIII des teutſchen ſtaatsrechtes.

h) Hoc patet ex formula conſociationis comitum Sueuiae, § dieweil auch *zum zwoelften* cet. quam laudatus MOSER d. l. p. 456, § 30 ſuppeditat, add. KYLLINGER de *ganerb. caſtror.* diſcurs. 15, n. 65, atque in append. p. 203.

i) MOSER l. d.

k) § zum fünften cet.

l) § was auch zum ſechſten cet., vbi verba ſic ſe habent: im fall es aber nicht beſchehen, oder einer hierin dieſer einigung zuwider ſaumſelig ſeyn würde, daſs alsdann demſelben durch beide auſſchreibende grafen 2 reiſſige knecht zu haus in leiſtung geſchickt werden ſollen, daſelbſt auf des ſaeumigen unkoſten ſolang, und viel, bis er - - - ſeinen auſſtand allerdings bezahlt, zu leiſten, und zu verharren cet.

m) § zum ſiebenden cet.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

que conſulto celari, nec eis adminicula ſubminiſtrari debuerunt n). Fures ferarum, ſeu furandi animo feras deiicientes in alterius foederati terris degentes capi, laeſoque ad ſupplicium tradi oportuit o). VI) Iniuriam huic ſodalitati culpa facientes, CIↃ thaleris mulctantur, qui autem data opera eam violant, alio modo, etiam cum excluſione, coercentur p).

## § XXVIIII
### DE FOEDERIBVS COMITVM FRANCONIAE.

Pactionum formulae a comitibus Imperii in Franconia degentibus confectae nobis in promtu non ſunt, neque exploratum habemus, vtrum quaedam exiſtant, cum hi comites modo foederi ſueuicorum, modo aliorum comitum Imperii ſe adiunxerunt, ideoque ſingularibus quibuſdam conſociationibus opus non habuiſſe videtur q). Memi-

n) § zum neunten cet.

o) gleichergeſtalt und zum zehnten cet.

p) § wo dann zum dreizehnten cet.

q) Comites Franconiae antiquis temporibus ſeparatim comitiis Imperii adfuerunt, atque in eis vota ſua tulerunt, conf. KOPP in diſcurs. von den Reichsgraeflichen votis curiat. § X XV ſeqq. p. 595 ſeqq. LÜNIG l. d. p. 951 ſeqq. deinde variis ex cauſſis circa annum CIↃIↃXXXXV cum comitibus Sueuiae ad tempus ſe conſociarunt, et cum eis ſuffragia in comitiis Imperii tulerunt. At quod eorum conuentus ſingulares attinet, eos interim neceſſitate exigente nihilominus celebrarunt, directores et moderatores ſuos habuerunt, quorum nomina ab anno CIↃIↃLVI - CIↃIↃCCXXIIII exhibet LÜNIG in *theſaur. iur. comit.* p. 895, num. 49. Cum vero occaſione iuris ſuffragiorum ac ſeſſionis inter illos et comites Sueuiae contentiones ortae, neque compoſitae ſunt; bene vero hi ſoli iura ſuffragiorum in comitiis continuarunt, illi a collegio principum eis excluſi fuerunt, KOPP l. m. p. 622 ſeq. § 17, (aliam cauſſam

Meminit quidem LÜNIG r) ad annum cIↄIↄcxxxxvi, in conuentu comitum Rotenburgi celebrato coniunctionem emendatam, ſiue reuiſam, ſed eam ad exitum non productam fuiſſe cenſuit. Num vero hoc loco de ſingulari, nec potius de communi foedere pangendo ſermo ſit, alia quaeſtio eſt? Interea adquieſcimus in illis litteris, quas illuſtris quidam vir, rerum publicarum experientiſſimus de hac materia ad dominum praeſidem dedit, et ſequenti modo ſe habent: eigentliche grafenvereine finden ſich unter den fraenkiſchen grafen nicht; immaſsen dasjenige, was etwa unter ihnen auf deñ grafen tagen abgeredet worden iſt, ihren grafentags-receſſen einverleibet zu werden pfleget, welche ein groſſes volumen ausmachen cet.

## § XXX

### DE COMITIBVS WESTPHALIAE QVAEDAM EXHIBENTVR.

Nunc demum ad collegium comitum Imperii weſtphalicorum, atque inferioris Saxoniae progredimur, eorumque conſociationes paucis conſideraturi ſumus. Cognitum autem eſt, illorum collegium ſingulare ſuperiori ſaeculo ortum eſſe, dum illis in comitiis Ratisbonae celebratis anno cIↄIↄcLIII ſuffragium curiatum adſcriptum fuit s); ſed

ſam huius excluſionis affert auctor conſilii von der grafen- und herren ſtand, urſprung, und anfang, apud *de* SENKENBERG l. c. p. 17, p. 18), donec anno cIↄIↄLXXXXIIII in comitiis Imperii iure quaſi poſtliminii peculiare ius voti et ſeſſionis nacti ſunt comites Franconiae; caruit tamen illud effectu vſque ad annum cIↄIↄCXXXXI. Add. LIMNAEVS in *iure publ.* T. II addit. cap. VIIII, num. 143, LÜNIG in Reichsarchive P. ſpec. cont. II, atque in *theſ. iur. com.* p. 851 ſeqq., KOPP l. d. p. 632, § 19.

r) in *theſaur. iur. com.* p. 844.

s) vid. LÜNIG in R. arch. P. gen. p. 672, P. ſpec. cont. II, in *theſ. iur. com.* p. 844, p. 862 ſeq.

ſed antea ex plurima parte illi comites vſque ad ſaeculum XVII comitibus Wetterauiae iuncti fuere, ceteri iura ſua Imperii ſigillatim obſeruarunt, et comitiis Imperii inter fuerunt t), nec ſpeciale collegium ante tempus, quo peculiare ſuffragium in comitiis adepti ſunt, formarunt u); hoc autem conſtituto, adminiſtrationem et moderamen inſtituerunt x), pactionemque anno cIↄIↄCLIIII delinearunt y), qua conuentum eſt, vt iura, leges imperii, dignitates, praerogatiuae, honores, aliaque iura conſeruarentur. Quam ob rem *articulo primo* pacti ſunt: omnem operam ad id conferendi, vt exemplo comitum ſueuicorum, et wetterauicorum, deputationum, viſitationum, et reliquis Imperii comitiis adhibeantur, vt et cum illis alternent. *Articulo ſecundo* vſque ad *ſextum* eadem fere, atque in antecedentibus foederibus, pertractantur, v. gr. de obſeruandis legibus Imperii, pacibus, ſtabilienda concordia in Imperio germanico, conſeruandis iuribus, ac priuilegiis, membrorum in conſociationem recipiendorum qualitatibus, et ſociis eam deſerentibus. *Articulus* VII - XIIII agit de praeſidio et gubernatione in comitiis imperii ac reliquis

t) KOPP l, d. p. 619, § 16, p. 634, § 20, atque in tr. de *inſigni differ. inter S. R. I. comites, et nob. immed* ſect. II, § 19, p. 270 ſeq.

u) Cauſſas, quibus comites Weſtphaliae inducti ad ſpeciale ſuffragium adſpirandi exponit KOPP l. d. p. 634 ſeq. § 20. Haec maxime cum eis litteris ſupplicibus ab his comitibus ad Imperatorem anno cIↄIↄCLIII datis apud LÜNIG. in *theſ. iur. comit.* p. 862, num. 17 conueniunt.

x) Directio et moderamen in collegio comitum weſtphalicorum varia fata habuit, vti videre licet apud LÜNIG. in *theſ. iur. comit.* p. 887, 979, in add. Primum vnus director, poſte a duo ex euangelicis et catholicis electi ſunt. Add. viri perilluſtris MOSERI teutſches ſtaatsrecht P. XXXVIII p. 359 ſeqq.

y) LÜNIG l. d. p. 870 ſeqq.

liquis congregationibus adminiſtrando z), de directore, eiuſque officio, vt et adiuncto, de conuocandis comitum conuentibus, ac modo ſuffragia in illis ferendi, de rebus et cauſſis proponendis a), de taciturnitate in rebus collegii praeſtanda, et mulcta eorum, qui eiuſdem conſilia diuulgaturi ſunt. Vtrum vero haec delineata pactio omnibus numeris abſoluta fuerit, ac legis vim obtinuerit, adhuc diſceptatur b)? Nobis illud aſſerere eam ob cauſſam videtur, quoniam praeſidium ſecundum modum in illa praeſcriptum adminiſtratum, atque a comite de Gronsfeld, hoc vero mortuo, per comitem de Rietberg geſtum eſt. Hoc etiam ex vita diſceſſo, membra huius collegii per longum temporis ſpatium directorem conſtituendi diſtulerunt; quam ob rem nonnulla illius membra ſuffragium curiatum in comitiis ferendi ſibi arrogarunt, quod anno cIↃIↃcLXXXXVIII mutatum eſt c). Aliae coniunctiones comitum weſtphalicorum nos fugiunt.

H 2 § XXXI

z) Hoc in conuentu a comitibus Weſtphaliae anno cIↃIↃcLXXXXVIII Coloniae celebrato mutatum eſt, et duo directores, vti antea dictum eſt, conſtituti ſunt, LÜNIG in *theſ. iur. comit* p. 980, qui ad comites de deliberationibus alternis vicibus ferrent ſuffragia, ac ſententias, MOSER l. d. p. 361, § 26, STRVVIVS in *corp. iur. publ.* cap. XVI, § 17, not. 25 in f, p. 596.

a) Hic maiora vota concludere debent. Excipiuntur tamen art. VIIII religions-geldt- und ſolche ſachen, welche eines andern ehre, land, und leute betreffen, in quibus maiora ſuffragia non admittuntur.

b) MOSER l. d. p. 467, § 33 in fine ſequentem in modum verba de hac re facit: ich werde aber nicht irren, wenn ich aus den mir zu geſicht gekommenen fragmentis actorum des weſtphaeliſchen grafen-tags de anno 1698 urtheile, daſs dieſes ein bloſſes project geblieben ſey cet.

c) LÜNIG in *theſaur. iur. comit.* p. 979 ſeqq.

## § XXXI

SVMMAE PACTIONVM ATTINGVNTVR.

Patet igitur ex his, atque experientes ſic probamus, illuſtriſſimos S. R. I. comites foedera et conſociationes inter ſe pangere poſſe, eaque confirmare. Perſpicimus ex illis I) *ſubiecta*, ſeu perſonas, a quibus ea conſtituuntur, e: quae modo in eorum collegia ac foedera receptae, modo recipiendae ſunt. Quod receptas perſonas attinet, determinatur earum obligatio, qua adſtringuntur ſtatutis, ac pactionibus collegii ſtandi, conuentus legitime conuocatos obeundi, eiuſdem vtilitatem, atque incrementa promouendi, mutuum adiumentum inuicem aduerſus inuadentes hoſtes, et turbatores pacis publicae ſibi praeſtandi d), iura Imperii, praerogatiuas, eminentiaſque ad vniuerſum ordinem ſpectantes conſeruandi, ac magis ſtabiliendi, rempublicam integram ſeruandi e), Imperatori morem gerendi, tributa, et collectas ad rempublicam, et collegium ſuſtinendum facientes promte conferendi, concordiam inter ſe conciliandi, atque obſeruandi, controuerſias foederatorum decidendi, renitentes, et negligentes coercendi, viduas, ac liberos mortuorum conſociatorum protegendi, et quae ſunt reliqua. De recipiendorum

d) Formulae ſic ſe habent: mit allen unſerm vermoegen cet., mit darſezung leib und guts cet.

e) Conf. pactio comitum wetterauicorum anno cIɔIɔcII, pr. vbi verba ſunt: darnach auch dem h. r. Reich - - als deſſen mitſtaend nach unſerm vermoegen treulich vorſehen zu helffen cet. et § 1, et alibi ſtatutum eſt: dann unſers herzgeliebten vaterlandes vortreffliche hoheit, herrlichkeit, macht, anſehen, freiheit, gerechtigkeit, dauerhaftigkeit, und allſo geſamte nur erſinnliche gedeilichkeiten, mit andaechtigem gebet, vernünftigen raht, und unerſchrockener that - - eifrigſt zu verfügen cet.

dorum membrorum qualitatibus ſtatui ſolet, vt comites, et dynaſtae Imperio ſine medio obnoxii, ſimul ordines Imperii, et circulorum ſint, nec non clauum reipublicae teneant f). Arcentur autem ſecundum regulam a comi-

 tum

f) Vid. conuentum comitum wetterauicorum anno cIɔIɔcLII § 28, factum, delineatio conſociationis eorundem comitum apud MOSERVM l. d. p. 420, § vors dritte cet., p. 447, § 2, coniunctio comitum vveſtphalic. § 5. Addere liceat verba huc ſpectantia: „ damit aber „ dieſes Reichsgraefliche collegium ſeine richtige form „ detto beſtaendiger erhalten „ moege, ſo ſollen keine graefliche, oder herren ſtandesperſonen ohne unſern geſamten raht, und conſens „ darin auf- und angenommen „ vverden, dabei aber zufoerderſt auf nachfolgende „ hoechſtnoehtige requiſita, „ ohne vvelche die reception „ nicht geſchehen kan, geſehen vverden, daſs nemlich „ der recipiendus neben den „ graeflichen tugenden, dignitaeten, und eminenzien „ in den Reichs-kreiſs-und „ kammergerichts matriculen „ benennet, auf Reichs- und „ kreiſstaege beſchrieben werde, mit unmittelbahren land, „ und leuten verſehen ſey, und „ davon die Reichs- und kreiſſteuern, vvie auch kammergerichts unterhaltungsgeldter abzuſtatten pflege, und „ allſo in offenbahrer poſſesſion vel quaſi aller einem „ ſtand des Reiches zukommender iurium ſtehe; allermaſsen dann ſoviel die „ vvirklichen ſeſſiones et vota betrifft, allein die regierende herren, und zvvar „ unter einem auf dieſe verfaſſung abgeſtatteten handſchlag an ſtatt eines coerperlichen eides, und dero unterſchreibung zugelaſſen, „ ſonſt aber auf begehren, und „ anmelden, auch die junge „ herren, deren eltern, und „ voreltern bereits recipiret „ ſeynd, nach erlangten, und „ vollendeten achtzehnten jahre ihres alters iedesmahl, iedoch ohne vermehrung der „ bei einem ieden haus hergebrachten ſtimmen, willig „ auf- und angenommen - - „ werden ſollen, wenn ſie zufoerderſt ſich gleichergeſtalt

„ ver-

tum ſodalitate comites honorarii, appanagiati, landſaſſii, ac terris Imperio ſine medio ſubiectis carentes. Sunt quidem exempla in promtu, quibus edocemur, comites landſaſſios, alioſque quandoque a comitibus Imperii in collegium ſuum receptos eſſe, v. gr. comes de Wartenberg hoc ſaeculo collegii wetterauici membrum declaratum eſt, non tamen pure, ſed ſub duris conditionibus, quas perillustris MOSER exhibet g), eaque re etiam accidit: vt, dum illas non adimpleuit, eodem collegio exciderit h). Propterea hoc, aliaque ſimilia exempla regulam non peruertunt, ſed tantummodo ad exceptiones referri debent.

## § XXXII

### OBIECTA CONSOCIATIONVM EXPONVNTVR.

Deinde ex illis comitum foederibus perſpicimus II) obiecta et materias, quae in eis tractantur, et partim generalia, partim ſpecialia ſunt. Ad priora referuntur: quae ordinem comitum S. R. I. vniuerſum attingunt, v. gr. conſeruatio praerogatiuarum, atque eminentiarum i), vt et iurium ac priuilegiorum circa Imperium ad illos ſpe-

„ vermittelſt gegebener handgeloebniſs und unterſchrift „ zu dem collegio verbunden „ haben cet.

g) im *teutſchen ſtaatsrechte* T. XXXVIII, cap. 181, § 21, p. 192 ſeqq.. add. LÜNIG im *theſ. iur. comit.* p. 756, et R. arch. P. ſpec. cont. II, p. 389 ſeqq., *monatlicher ſtaatsſpiegel* mens. Nouembr. a. cIↄIↄccIIII p. 29.

h) MOSER l. m. p. 312. Alios in collegium comitum non receptos exponit IDEM d. l. p. 307, p. 308, et alibi paſſim. Conuenit et hoc cum pactione caeſarea, quae capitulatio dicitur, art. I, § 5.

i) Inter eaſdem praerogatiuas comitum, praeter alias, referenda eſt ea, quod in curia ſollemni et conuentibus Imperii proximum poſt principes Imperii locum ante reliquos occupent. Add. KOENIG in *ſel. iur. publ. nou.* P. XXXI, cap. VIIII, p. 208 ſeq. P. XXXII, c. X p. 395 ſq.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

ſpectantium, atque ab eiſdem exercendorum, celebratio conuentuum, praeſidii, et gubernationis conſtitutio, dubiorum in conſociationibus obuenientium interpretatio, mutui auxilii exhibitio, et quae ſunt reliqua (§ XXXI). Quod praerogatiuas illorum attinet, adhuc hodie tum in comitiis, aliiſque Imperii comitiis, circulorum et propriis conciliis, quum in terris ſuis, vt et extra ea inſignes ſunt. In comitiis enim vniuerſalibus Imperii, et quidem in collegio principum, gaudent illi iure ſuffragii ſecundum quatuor curias k); ex eorum ordine ſemper quidam eis deputatis addendus eſt, qui placita ordinum Imperii caeſari, aut eius delegato offerunt l), leges Imperii ſubſcribunt, ac ſignis ſuis conſignant. In conuentibus Imperii particularibus, vti ſunt I) comitia deputationum extra ordinem, aeque vindicant ſibi locum m). Inſtituuntur autem hi conuentus moderante electore moguntino extra ordinem a certis deputatis ex ſingulis ordinum Imperii collegiis eis occaſionibus, quando aut nimia occurrunt

k) Comites antiquioribus temporibus ſuffragia virilia tuliſſe maxima cum laude nominandus KOPPIVS in tr. de *inſigni differ. inter comites S. R. I. et nob.* ſect. II § 5 ſeqq atque in diſc. von den Reichsgraeflichen votis curiat. aſſeruit. Adi. einleitung zum *Lünigiſchen* theſ. iur. comit. p. 62, et in *theſ. iur. comit.* p. 843, p. 881, p. 883, perilluſtris vir *de* PISTORIVS in *hiſt. und juriſt. anmerkungen* P. III, cap. I. et P. IIII, KOENIG l. d. P. XXXI, cap. 19, p. 210 ſeqq. P. XXXII, cap. 10 p. 389 ſeqq.

l) KVLPIS in diss. de *plac. ord. imp.* § 22, SCHILTERI *inſtitut. iur. publ.* P. II, p. 130, HAGEMEIER de *comitiis* cap. VIIII.

m) vid. LÜNIG in *theſ. iur. com.* p. 789, et p. 907, *de* HENNIGES in meditat. ad *inſtrum. pacis oſnabr.* ſpecim. V, mant. I, STRVVIVS in *corp. iur. publ.* cap. XXIII, § 53-64.

currunt negotia, aut alia accuratius a paucis ponderari et examinari queunt, e. gr. tempore pacis Imperii componendae, quando exterorum legatorum conditiones audiendae, itemque litterae ad Imperatorem, exterosue principes delineandae, negotia camerae, ac tribunalium Imperii, ſtatus obaeratorum, aliaque exploranda obueniunt. Haec ſi ab eis examinata ſunt, et quid ipſis videatur, electori moguntino expoſuerunt, hic illud cum reliquis ordinibus Imperii communicat, et ſi ab eiſdem adprobatur, vim decreti, ſeu concluſi Imperii nanciſcitur. Deinde II) comites Imperii comitiis deputationum Imperii extra conuentus tum ordinariis n), quum extra ordinem inſtitutis adhiberi volunt (§ XX) o). Gaudent, porro, ex ſtatu circulorum ſecundum legem camerae Imperii praeſcriptam, exemplo aliorum ordinum Imperii, iure praeſentandi aſſeſſores ad cameram Imperii (§ XXI), et quamuis aliquando in hoc, illoue circulo potentia principum atque obſeruantia excluſi fuerint p), nihilominus reliqui in aliis circulis eo iure vtuntur.

n) Ad ordinarios conuentus deputatorum hodie ſecundum legem Imperii anno CIↃIↃCLIIII, § 194 promulgatam alter ex ſueuicis, alter ex wetterauicis comitibus conuocari debet, qui alternis vicibus pacto quodam in eis vtuntur. Vid. vir perilluſtris MOSER l. m. p. 258 ſeqq. Illis quoque reliqui comites Franconiae et Weſtphaliae intereſſe cupiunt, vti teſtantur ſcripta apud LÜNIG. d. l. p. 784, et 786, add. pactio comitum weſtphal. § 1, ſed fruſtra.

o) LÜNIG. in *theſ. iur. comit.* p. 781 ſeqq., inſtrumentum pac. weſtph. art. VIII, § gaudeant, cet.

p) De hoc queruntur comites Wetterauiae, teſte LÜNIGIO

§ XXXIII

## § XXXIII
### DE IVRIBVS COMITVM IMPERII IN COMITIIS CIRCVLORVM ET PROPRIIS.

In conuentibus circulorum excellentia, ac praeſtantia comitum Imperii reſpublicas gubernantium eſt eminentiſſima, dum in eis exemplo electorum et principum ſuffragia ferunt virilia in cauſſis ad illos ſpectantia, vti ſunt deliberationes de pace publica ſeruanda, circuli defenſio, ſtatus militaris, conſtitutio miniſtrorum, et praefectorum circuli, cauſſae matricularum, monetarum, aliaeque circuli politiam attingentes. Eadem cognoſcimus in comitiis comitum, grafen-taegen, quae aut ab vniuerſo eorum ordine, aut a ſingulari collegio inſtituuntur, eaque re ſeu generalia, ſeu ſpecialia ſunt, in quibus modo cum electoribus, modo cum ducibus et principibus poſſeſſoribus comitatuum concurrunt, de quibus alio tempore plura in medium prolaturi ſumus. In terris ſuis vtuntur comites iure ordinum Imperii eminentiori imperio et poteſtate, ſiue vti vulgo dicitur, ſuperioritate territoriali, tum in ſacris, tum profanis cauſſis. Ex ſuperioritate territoriali circa ſacra habent ius reformandi, et quae ſunt reliqua. Quod ad ſuperioritatem territorialem rerum mundanarum cauſſa attinet, illis exemplo principum adſcribenda ſunt poteſtas leges ferendi, facultas ordinandi collegia, ac tribunalia, archiuum, iuris-

NIGIO l. d. p. 832, num. V, p. 837, num. VI, vt et noſtro aeuo quidam ordines circuli Franconiae, teſte KOENIG. in *ſelect. iur. publ. nouiſſ.* T. I, cap. XVI, T. XVII, cap. II, p. 9 ſeqq. T. VIII, cap. X, p. 262, T. VIIII, cap. XVI, § 16 ſeqq. p. 407 ſeqq.

riſdictio criminalis, ius dandi impunitatem et veniam ſceleratis, eoſque in gratiam recipiendi, liberis extra nuptias genitis dedecus natalium auferendi, veniam aetatis indulgendi, inducias moratorias concedendi, gymnaſia inſtituendi, nundinas prouinciales conſtituendi, collegia opificum ordinandi, collectas exigendi, tributa imponendi, ius fiſci, Iudaeos recipiendi, per vias publicas ſuarum regionum tranſeuntes conducendi, monetas cudendi ſecundum leges Imperii, et priuilegia impetrata, pondera, vlnas, et menſuras definiendi, priuilegia largiendi et ferendi, metalla effodiendi; gaudent iure belli, et pacis pp), foederum, conſcribendi milites, luſtrationis, ac ſequelae, muniendi loca, aperturae et metatorum, conuentus prouinciales conuocandi, legatos mittendi, curſus publicos habendi cet. His adhuc praerogatiuae comitum, quae eorum perſonis q) tribui ſolent, addere poſſent, dummodo prolixiores eſſe poſſemus. Hae, aliaeque eminentiae, honores, immunitates, regia iura comitum conſociationibus integra ac ſalua ſeruanda tentantur.

§ XXXIIII

pp) De iure comitum Imperii circa negotium pacis iungendae iam tempore Imperatoris Henrici IIII exemplum exhibet BERTHOLDVS *conſtantienſis* ad annum CIↃLXXXXIII apud VRSTISIVM T. I *rer. germ.* p. 370.

q) Imperatores enim comites creari poſſunt, praeſides camerae Imperii et iudicii Imperii aulici ex eis eligi, in ſeſſionibus baronibus praeferri ſolent, LÜNIG l. d. p. 444; gaudent foro auſtraegarum, vt et ſaepenumero priuilegiis de non appellando, atque exemtionis ab extraneis iudiciis, LÜNIG l. m. p. 761 ſeq., a vectigalibus immunes habentur, *ibid.* p. 763; eorum cauſſae Imperatori decidendae reſeruantur, *ibid.* p. 342, p. 913, p. 956, et quae ſunt reliqua, KOPP de *inſigni differ. inter S. R. I. comites et nob.* ſect. III, § XII,

## § XXXIIII

### CONTINVATIO ANTECEDENTIS ARGVMENTI.

Praeterea pactionibus comitum comprehenduntur electio, et conſtitutio earum perſonarum, quae tum eorum vices gerunt, hiſque adiunguntur, tum alia munia, officiaque obeunt, v. gr. ſyndicorum, ſuſceptorum cet., definitio ſalariorum, et ſtipendiorum eiſdem ferendorum, conuentuum conuocatio, eorum gubernatio, modus in eis ſuffragandi, mandata et teſtimonia publica conficienda pro eis, qui ad comitia tum vniuerſalia, tum particularia mittuntur, grauamina vniuerſi ordinis, aut collegii ſingularis, aut membrorum, collectarum collatio, remedia turbatores pacis publicae coercendi, patriae, et terrarum defenſio, concordia inter ſe conſeruanda, et ſi litigia, et diſcordiae inter eos orirentur, quomodo ea componi debeant r) cet. Specialium materiarum argumenta maxime



§ XII, p. 334 ſeqq., KOENIG l. d. P. VIII, cap. III, p. 37 ſeqq. cap. X, p. 261 ſeq. IO. HENR. BOECLER de ſuperioritate territ. comitum Imperii, Argentor. 1710, 4.

r) Quapropter auſtraegae inter comites in conſociationibus nominantur, cauſſae exponuntur, quae coram illis decidi debent, excipiuntur quoque ſaepenumero quaedam, vbi auſtraegis locus eſſe non debet, conf. pactio comitum wetterauicorum et belgicorum anno CIↃIↃXX facta, KOPP l. d. p. 647 ſeq. atque anno CIↃIↃCII icta, § VII, foedus comitum ſueuicorum apud perillustrem virum MOSERVM d. l. § III p. 447 ſeq., IO. GVIL. WALDSCHMIDT de *S. R. I. comitum auſtraegis*, Marburg. 1716, 4, atque in LÜNIGII *theſ. iur. comit.* P. III, n. 15, DIET. HERM. KEMMERICH de *auſtraegis S. R. G. I. comitum cumprimis wetterau. et ſueuic. atque ex franconicis hohenloicorum conuentional* Ienae 1734, 4, cap. II, p. 31 ſeqq., IO. F. MORIZ abh. von den *austraegen der unmittelbaren grafen des Reichs gegen mittelbare*

variant; ſpectant huc e. g. locus, et tempus, vbi, et quando conuentus celebrandi, interdictiones alienationum comitatuum, prohibitiones, ne milites conſcribantur in foederatorum regionibus s), item, ne ſeruitia aduerſus comites conſociatos praeſtentur, nec foedera cum aliis, inſciis coniunctis, fiant t), coercitio contumacium, et membrorum intempeſtiue ſodalitates deſerentium, prohibitiones conuiuiorum, et furtorum in feris committendorum u), exhibitiones conductus x), cautionis, ac ſponſionis in litigiis comitum coniunctorum facienda ratio y), definitio ſumtuum, atque expenſarum a litigantibus exigendorum z). Reliqua.

*bare klaeger*, Francof. ad M. 1750, 4, domini praeſidis, et *de* SAYLER diſſ. de *auſtraegis ordinum S. R. I.* cet. Ienae 1750, 4, cap. I, § 4, p. 8 ſeq. § 6 p. 14 ſeq. § 17 p. 33, add. tamen viri perill. I. V. L. B. *de* CRAMER *ſyſtema proceſſ. Imperii*, P. I, Wezlar. 1764, 4, § 188, § 196 ſeq p. 56 ſeqq., LÜNIG in *theſ. iur. comit.* P. III, cap. 15, n. 2, p. 778 ſeqq.

s) vid. conſociatio comitum wetterau. et belgicorum anno cIↄIↄxx inita, apud KOPP. l. d. p. 639 ſeqq.

t) coniunctio comitum wetterau. ſueuic. et francon. anno cIↄIↄcxxxxviiii icta, § VII.

u) foedus comitum ſueuicorum § X.

x) conſociatio comitum wetterau. anno cIↄIↄxx confecta, apud KOPP. l. m. p. 637 ſeq. 651 ſeq.

y) *ibidem* p. 651 ſeq.

z) *ibidem* p. 641, p. 646 ſeq.

VIRO

# VIRO PRAENOBILISSIMO CANDIDATO IVRIVM DOCTISSIMO
S. D. P.
PRAESES.

*Bene agis*, RESPONDENS PRAENOBILISSIME, *dum in publicum prodis, atque in aperto et propatulo loco documentum eruditionis* TVAE *laude dignum facere ſtudes, quod tibi impenſe, et ex animo gratulor. Plane non dubito, fore, vt* TVVM *ſpecimen auſpicale egregie ſis defenſurus, atque eam ingenii vim, eamque animi praeſentiam ſis patefacturus, quam hactenus mihi in ſcholis meis et datis aliis occaſionibus comprobaſti. Agedum itaque* SVAVISSIME *et* DILECTISSIME AMICE! *ingredere in laudis certamen, et qua ſoles modeſtia oppoſita dubia excipe, ſolue, ac propulſa, vt habeamus, quod in poſterum quoque ingenii artibus liberalibus politi dotes admirari, virtutemque* TVAM *decenter collaudare poſſimus. Praeterea ſincera mente* TIBI *gratulor de exantlato*

*lato ſtudiorum academicorum labore, quibus optatam curſu contigiſti metam, quorumque finem* THEMIS *ipſa coronabit. Ego vero bona verba et vota addam: ſeruet* TE *Deus optimus maximus ſemper ſaluum, atque incolumem, quo, quae eo iuuante ex ore tantorum virorum ſuauiſſimo hauſiſti, et eximia induſtria vndique collegiſti, magno cum fructu, effectuque iterum in alios opem* TVAM *anhelantes conferre valeas. Demum rogo, vt me in poſterum* TIBI *habeas commendatiſſimum, qui nunquam ea, quae* TIBI *viciſſim debeo, grata officia neglecturus ſum. Vale et perpetua beneuolentia* TVA *me proſequere. Dabam Marburgi Cattorum die XXIIII menſis Iunii*

*A. R. S.* CIↃIↃCCLXXI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

Marburg, Diss., 1771–73

ULB Halle 3
005 359 821

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058467637-17

VIII. 10
1771, 5.

DISPVTATIO IVRIDICA AVSPICALIS IVRIS PVBLICI

DE

# IVRE CONSOCIATIONVM ORDINVM S. R. I. GENERATIM ET COMITVM SPECIATIM

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

*SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE*
*ET DOMINO*

DOMINO FRIDERICO II

HASSIARVM LANDGRAVIO RELIQVA

PRAESIDE

IOANNE ANDREA [illegible]

DOCTORE ATQVE ANTECESSORE [illegible]

PRO

LICENT[illegible]

SVMMOS IN VTROQVE IV[illegible]

AC PRIVILEGIA CONS[illegible]

SVBMITTIT

DIE IIII MENSIS IVLII A. R. [illegible]

IO. PAVLLVS [illegible]

MARBVRGO HASS[illegible]

MARBVRGI CATTO[illegible]

EX OFFICINA TYPOGR. VNIVERS. AC[illegible]

1771
(XVIII D)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-192015415-058467637-17